



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



LAVRENTI LONGI CL REG CONGR SOM SOTERIA



LAVRENTII  
LONGI C.R.C.S.

# SOTERIA

Hoc est pro Salute Carnina  
Ad Edem Salutis Venetijs nuper  
Extractam contexta

Cum notis Historicis, ac Chronologicis Ingone  
Turrelli Doct. Parmen. atque Iconib.  
Petri Vecchij P. V.

SERENISSIMO DVCI

# FRANCISCO ERICIO

Principi Venetiarum.  
D. D. D.



VENETIIS, M DC XXXXIV.

Typis Matthai Lenij, & Ioannis Vecellij.  
Superiorum Permissu.

D. Io: Ambrosius Varesius Præ-  
positus Generalis Congr. Som.  
et Doctr. Christiane in Gallia.

**C**um de mandato nostro Opera  
inscripta Laurentij Longi Cler.  
Reg. Cong. Somascha Soteria,  
Veneta, Laurentalia, ac Parthenopea, hoc  
est Vesuviados Poema Epicum, & alia  
eiusdem carmina à duobus eiusdem Con-  
gregationis Theologis recognita, & appro-  
bata fuerint, facultatem concedimus, ut  
seruatis seruandis typis mandentur. In  
quorum fidem has litteras manu nostras  
subscriptas, & sigillo munias deditus.  
Venesijs Kal. Aprilis Anno 1644.

D. Io. Ambrosius Varesius Præp. Gen.  
Cong. Somaschæ, ac Doctr. Chr.  
in Gallia.



SERENISSIMO DUCI

FRANCISCO

ERICIO

VENETIARVM PRINCIP

*Laurentius Longus Sac. Som. S.P.D.*

 N. communī omnium lenti-  
tia, Serenissime Princeps,  
ob Italicam Pacem initā  
incredibili gaudio affectus  
mihi ipse temperare non potui, quin  
privatim Reipublicæ Venetæ, tuæq;  
gratuler felicitati; quæ Italicae liber-  
tatis custos, ac vindex semper inui-  
cta triumphales Salutis, ac Pacis lau-  
ros vndeque refert; ubique serit; &  
fugata pestilentia, profligatis pira-  
tis, eliminato terra, marique bello  
Salutis, & Pacis arcus, quales in Sa-  
criis Libris leguntur, sibi erexit. Quin-  
a a etiam

etiam Romanæ nobilitatis, ac magnificentia hæres, & æmula nuper Salutis, vt olim Pacis ædem Diuæ Mariæ Virginis Dei, & humanæ salutis, Pacisque parenti sacram ex votò, vt Roma antiquitus, ibi extruxit, ubi, si T. Livio Romanæ Historiæ Principi credimus, viginti ferè ab hinc seculis de victo Lacedemonum Rege Cleonymo, qui Venetas hasce oras populabundus inuaserat, & de Spartana eius calisse profligara ingens Victoria relata est. Tunc vero cum Laconum spolijs, & exustarum nauium rostris, quæ Iunonis sospite templo affixa fuere, Salas Veneto populo parta eodem anno fuit, quo Aedes Salutis Romæ in Quirinali Regione ad portam inde Salutarem dictam dedicata fuisse narratur; huius effigiem, & varias Salutis Imagines ex antiquis Romanorum numismatibus delineatas, & Aedis Salutis Venetijs abs te extractæ iconem tibi SERENISSIME PRINCEPS exhibemus. Fuit, fuit annus ille Salutis

latis illine dedicatione ; huic pars  
victoriae tritumpho Romanis , Venes-  
tisque fastis celeberrimus , ac salutae-  
ris . Erit , erit etiam annus iste Salu-  
tis nostræ M DC XXXX V. fatorum  
benignitate felicissimus Romana  
Venetaque Pace , Italoru[m]que Prin-  
cipum concordia publicis annalibus  
ac monumentis vniuersæ Posteritat[i]  
memorabilis ? hoc enim tempore bel-  
licus armorum in Italia desæuen-  
tum furor terra , marique resedit ,  
Martiale incendium , quo hæc Pro-  
vincia Orbis terrarum pulcherrima .  
Non secus , ac Vesuviano incendio  
Campania felix , infeliciter conflagra-  
bat ; tandem Eminentissimi Antisti-  
tis Cardinalis Alexandri Bichi opera  
extinctum est ; Aurea Pax sacra  
eiusdem Purpura amicta , aureisque  
Regis Gallorum lilijs coronata , me-  
dios nunc per populos , urbesque la-  
ta incedit ; reddituque suo , quasi post  
tenebras exorta luce , post nymbos ;  
& procellas reddita serenitate cum  
etia exilarat , lumineque suo illustrat ,

acbeat. **Perratos** Iani postes alter,  
& prisco melior Augustus, Sanctissi-  
mus, inquam Pontifex VRBANVS  
V I I I. clausit, aureum Pacis Tem-  
plum reclusit. Vrbanae illæ Apes in-  
ter gemino Pontificatus Apice mellifi-  
cantes, quæ olim in floridis Hetru-  
scæ Floræ hortis ortæ inter pacificas  
Pindi lauros enutritæ, in sacris Ec-  
clesiæ viridarijs pastæ Regiam Hie-  
ronis prudentiam, diuinam Platonis  
sapientiam, flexanjam Pindari elo-  
quentiam, suauissimam Ambroſij  
sanctimoniam in Urbani ore, ac pe-  
ſtore congeſſerant, mox cœi pere-  
grinæ, vel barbaræ Apes ad Laurenti  
regiam, regnaque, ad Pontificalis di-  
gnitatis laurum, ad replendas cæle-  
ſtium virtutum, ac meritorum fauis  
Vaticani aluearij cellas conuolarunt.  
Indeque, & ex aureis Galferum Re-  
gis libris, ex patriæ Floræ, ac Farnes-  
iiorum hortorum floribus mellifluo-  
rore delibato aurea pacis mellaloge-  
runt, nec non in Adriaci Leonis viuo  
ore mellifarunt, autoque meliora,  
mellea

mallea secula Italico orbi reddiderant. Ideo pacis amantissimus Divi Marci Leo, suspenso quo pacem querere, vel tueri consuevit, gladio, libroque sacro expanso; Pax tibi Marce, inquit; hoc scilicet Venetæ Reipublicæ pacis studiosissime antiquum emblemma est, cuius tu Princeps Serenissime Diuinis legibus armatus, humanis ornatus armis Leo Pacifici Leonis ex Tribu Iuda imitator, inuentam, vel oblatam Pacem libenter amplecteris, amplexatam fideliter soues, ac more maiorum conseruandam existimas. Bella ultra nunquam prouocas; æquitate, non sanguine, causa, non armis patriam dignitatem, ac libertatem tueri, & angere præoptas. Verum si quando nulla nisi in armis iuris tuendi spes supereft, tunc ab ense diricto præsidium petere, maximis belli apparatis, hostes terrere potius, quam concrere consueisti maximos terris exercitus, ingentes mari classes, admirabili celeritate

comparare , pro subditis , pro socijs ,  
pro amicis Venetam opem nunquā  
frastra implorantibus bella pruden-  
ter , ac fortiter suscipere , suscepta non  
minus confilio , quam armis gerere ,  
donec victoriam , vel pacem iustis ,  
honestisque pactionibus obtineas .  
Honestam pacem speratæ in bello vi-  
ctoriæ semper præposuisti , quam  
etiam tanquam feralem deploras ,  
si vel magna hostium strage , vel  
vnius subditi compararetur interitu .  
Vnius amici incolumitati impensius  
studes , quam partæ multorum ho-  
stium nece victoriæ ; huius etiam si-  
spes certa affulgeat , melius tamen  
existimas triumphare sine certami-  
ne , vel aliquo pecuniarum impendio  
a confliktu deflectere , quam fuso ho-  
stili , nedum subditorum sanguine vi-  
trices palmas irrigare , minora ratus .  
Rempublicam opum , & sanguinis  
dispendia passuram in pacis calami-  
tate , quam in belli prosperitate .  
Cara quidem pax est , sed caro em-  
pta , quæ bella terminat . Carior , &  
sine

sine pretio ; quæ pugnas antedictit ;  
darnaque, & cædes. opportunè pro-  
hibet , quæque integræ omnium fa-  
luit elætatur . Pacem , & salutem tan-  
quam forores libenter simul ince-  
dere , & coniunctim in sacris litte-  
ris nominari legimus . quin etiam an-  
tiquis solemne fuit , ut apud Plautum  
videre est , pacem , ac salutem simul  
precari , & lauri virgam utriusque si-  
gnum Apollini offerre . Laurus enim  
vbicumque fata , vel affixa fuisset , in-  
colamitatè prestare credebatur , at-  
que inter armatos exercitus portata  
conciliare animos , & pacis signum  
esse . Lauri etiam folia à populo  
salutaris , & pacifici omnis gratia .  
Magistratibus laureatos fasces ge-  
stantibus Ianuarij Kalendis offere-  
bantur . Ego quoque hisce Kalendis ,  
quibus solemnia Concordiaz cele-  
brantur , & in publicis supplicationi-  
bus pro pace iudicis ; tanta auri , ar-  
gentique copia per Venetam Vrbem  
circumfertur , vt aurea simul , & ar-  
gentea ætas Venetijs renata videa-  
tur ,

etur, frondosum lauri, vinctam tibi  
Serenissime; & oia cap, salutis, & pa-  
ciis perpetua omen offero. Mea sci-  
licet Laurentij, & Laurentalia So-  
eria, hoc est carnis pro Salute ad  
Adem Salutis, in qua sexages Salu-  
taria sacra operatus sum, contex-  
ta. Poeticam igitur lauro, tuoque  
I solo natam, tibi jure debitam offero,  
singularis Iætitiae meæ obicitam pa-  
cem argumentum, & offeruantur  
erga te meæ pignus perpetuum. Ca-  
terum dantis affectum potius, quam  
muneris paritatem respicias velim  
Ireneidos de Pace Italicæ Poema Epi-  
cum, maiorem laboris mei fructum  
expectes. Vale, ac salute Italicae li-  
bertatis, & Christianæ Reipublieæ  
præsidium, ac decus.

Datum Venetijs Kal. Maij 1644.

A V I N O.

# AVTHORIS

Ad Lectores.

## PRÆFATIO:



OLEMNE fuit Romani maiorum sacerum virtutes, & præclara gesta commemorare, eademque carminibus comprehensa ad tibias canere, virtusque animatas coloribus mortuorum imagines, ceras effigies, marmoreas, æneasque statuas, columnas trophaeis, ac titulis insignes ad excitandas ad maiorum imitationem minores ostentare. Nimirum gaudebant sanguine longo censi, pictosque ostendere, vultus maiorum, & stantes in curribus auos, proauosque suos. Ipsæ etiam familie, ut Romanæ eloquentiae pater testatur, sua quasi ornamenta, ac monumenta seruabant, & ad usum, si quis ex eadem gente occidisset, & ad memoriam laudum domesticarum, & ad illustrandam nobilitatem suam. Ideo T. Sempronij Longi Consulis, qui aduersus Annibalem Carthaginem ducem ad Trebiam pugnauit, familia à Silio dicitur

a 6 Gens

Gens inclita magnis,  
Et que animosa rixis, mutusque in  
imagine clarus.

Praefulgebat avus titulis belliq; domiq;  
Maiorum si quidem gloria posteris lu-  
men clarissimum est, acerrimumque ad-  
virtutis, ac gloriæ cursum incitamen-  
tum ; quinetiam, ut Academicorum  
Princeps asserit, parentum gloria natis est  
preclarus, magnificusque thesaurus. Non  
minus paternis, autisque laudibus,  
quam hæreditarijs diuitijs generosi filij,  
ac nepotes lætantur, quibus omni pa-  
trimonio præstantior hæreditas à patri-  
bus, autisque relictæ est virtutis, rerum-  
que gestarum gloria. Paternæ enim,  
autæque gloriæ recordatione ad imita-  
tionem, æmulationemq; generosa pro-  
genies accendi solet. Philippi Macedo-  
num Regis gloria Alexandrum filium,  
Maioris Africani trophæa Minorem  
Africanum, Iulij Cæsaris triumphi  
Octavianum Cæsarem excitarunt. Pyr-  
rhius Achilleides animosus imagine pa-  
tris fuisse dicitur. L. Cassium Longi-  
num, Tacito teste, gentis suæ Cassiæ fa-  
ma per orbem terrarum ad Parthos,  
Scythesque peruagata ad militaris disci-  
plinæ gloriam iurisprudentiæ famæ ad-  
dendam

dendam inflammabat. P. Scipio ; &  
Q. Fabius cum maiorum suorum, he-  
roumque aliorum imagines intueban-  
tur ad virtutem quammaxime se inflam-  
mari dicebant. C. Iulius Cæsar inspecta  
Alexandri Magni imagine, face mentis  
honestæ gloria accensus apud amicos  
conquerebatur, se ea ætate nihil adhuc  
præclarum, aut memorabile gessisse,  
qua Macedonum Rex totum fere or-  
bem imperio suo armis subegerat. Ale-  
xandrum Magnum Liberi patris trium-  
phi, Themistoclem Milciadis tropheæ  
dormire non patiebantur, & quasi ad-  
moti stimuli ad comparandam sibi re-  
bus præclare gestis famam impule-  
runt. Si externi, nulloque nobis san-  
guinis vinculo coniuncti viri rerum sua-  
rum, ac famæ magnitudine generosis  
animis ad virtutis amorem, ac studium  
aculeos infigunt; quanto magis dome-  
stica heroum exempla ad virtutis ar-  
duum iter percurrendum eosdem exci-  
tabunt? *Sola animos, mentemque perurit*  
*gloria fax mentis honestæ,* Virtutis co-  
mes, Téporis alumna, æternitatis ami-  
ca, illustriumque operum lux præclarissima.  
Hæc vera nobilitas, hereditasq;  
à præclaris parentibus in filios deduci-  
tur.

tur, in prolem transcurrit gratia patrum; quibus similes euadunt plerunque liberi, quemadmodum emanant similes fontibes suis aquae, non imbelles generant Aquilæ columbas, nec pauidos gignunt agnos filui Leones. Iupiter Herculem, Pirithum Achilles genuisse dicitur, A maioribus suis virtutum exempla minores accipiunt, eorumq; vestigijs plerumque infistunt. Ideo Troianorum Princeps Æneas Ascanium filium huiusmodi verbis hortabatur.

*Disce puer virtutē ex me, verumq; labore  
Tu facito, mox cū matura adoleuerit etas,  
Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum,  
Et pater Aeneas, & attunculus excites  
Hector.*

Idem Æneas fibi genus ab Ioue Summo esse dicebat; Ajax Telamonis filius, & Setulus Sulpicius Romanorum Imperator Septimus paternam originem à Ioue deducebant; Achilles à Tethide Matis Dea; Alexander Magnus ab Ammonio Ioue se genitum gloriabatur. Romanorum Oratorum Princeps Tullius Setulum Tulliū Romano-ram Regen gentilem suum appellabat, quamquam humiliores homines, (inquit ille)

ille) in aliquam eiusdem nominis infundit  
autem genus, ut si ego me à M. Tullio  
Longo esse dicorem, qui patricius Consul  
cum Sernio Sulpicio anno decimo post ex-  
actos Reges fuit. P. Cornelius Scipio  
Nasica Senator grauissimus, Liuio teste,  
publicè orationem habuit plenam veris de-  
coribus non communiter Cornelia gentis,  
sed propria familie sue. Cornelia Sem-  
proniorum Gracchorum mater pater-  
nos, autosque triumphos in dote nu-  
merabat. Multum enim refert à  
quibus quis parentibus ortus sit, quos  
maiores habuerit; est enim, vt Diuina  
Sapientia docet, gloria hominis ex hono-  
re patris sui, & contumelia filij pater sine  
honneore. Laudemus, ait Ecclesiastes, vi-  
ros gloriosos, & parentes nostros in genera-  
tione sua; opes enim isti in generationi-  
bus suis gentis sue gloriam adepti sunt. Lu-  
douicus secundus huius nominis Impe-  
rator Augustus in Epistola ad Basilium  
Orientis Principem scripsit, per patres,  
inquit, nos, non per filios consuevimus ha-  
noriari, & apud nos gloria non à filiis ad  
patrem, sed a patribus in filios deriuatur.  
Magnus ille Mosaicæ legis propugna-  
tor, & vindicta Matthias Macchabeos  
filios ad paternæ, autemque virtutis emu-  
lationem

Iationem exhortans dicebat. *O filii amula-  
tores estote legis, & date animas vestras  
pro testamento patrum, & mementote ope-  
rum patrum vestrorum, qua fecerunt in  
generationibus suis, & accipietis gloriam  
magnam, & nomen eternum.* Qui de-  
mesticis maiorum exemplis abundant,  
quorum virtutes imitari possunt, non est  
cur aliena, exernaque æmulentur,  
Nempe eos, qui uberrimos agros, ac  
ditissima prædia à parentibus, auisque  
sibi relicta possident, dedecet alienis  
agris insudare, & in alienam messem  
falcem iacere, quibus domesticæ glorie  
seges abundè sufficit. Charitatis autem  
ordo exposcit, ut nostros primum, dein  
de alienos, exterisque amemus, &  
quocunque modo possumus, adiuue-  
mus, honoremus, celebremus. Hoc &  
Sanctissimi viri S. Ambrosius Mediola-  
ni Antistes, & D. Gregorius Nazianze-  
nus, ut cæteros sileam, fecerunt; ille Sa-  
tyrus fratrem suum, hic Cæsarium fra-  
trem, Gorgoniam sororem, & supersti-  
tes parentes orationibus publicè lauda-  
uit. D. Monica Matri sua gesta D. Au-  
gustinus scriptis confignauit, ut sic vel  
mortuam honoraret paientem, quæ bis  
illumin pepererat. Libet hic Theologo-  
ram

rum Principis, magni, inquam Gregorij Nazianzeni verba afferre, quibus domesticorum, nedum gentilium laudes prædicandas esse sapientissime in foro-  
ris suæ landatione ostendit. Sororem  
laudans, inquit, *domestica prædicabo*,  
*non tamen quia domestica*, ideo falso; sed  
*quia vera*; ideo laudabiliter; vera autem  
non modo, quia iusta, verum etiam quia  
nota: proinde, nec quicquid alienum est  
laudetur, si iniquum sit; nec quicquid pro-  
prium, & domesticum est contemnatur, si  
bonustum, si eximum: ne alioquin & illi  
lucro sit alienum esse, & huic propinquas  
detrimento cedat. utrinque enim equi-  
tatis ratio laderetur, si & illi laude affice-  
rentur, & hi silentio premerentur. Illud  
autem omnium absurdissimum fuerit, si  
cum propinquos aliqua re fraudare, vel  
conuicijs incessere, vel accusare, vel quo-  
quo modominimè pium esse censeamus; im-  
mo scelus illud, quod in homines genere  
conunctissimos perpetratur, omnium ma-  
ximum iudicemus, oratione tamen eos  
fraudantes (qua bonis viris maximè de-  
betur) & per quam eorum memoriam im-  
mortalem reddere queamus. qui aliquid  
nos facere arbitremur, maioremque im-  
proborum, qui nos ad gratiam loqui crimi-  
nantur,

Hoc enim, quam honorum, qui meritas laudes exposcunt, rationem habeamus, cumque nos ab exterorum laudibus predicanis ea causa deterreat, quod eorum virtus nobis haud quaquam perspecta, & testata sit, (quoniam quoniam id multo equius fuerat,) Amicitia tamen, ac subeunda multorum inuidia metus nos impedit, quo minus nostas laudemus. Eosque potissimum, qui exterritum vita diem clauserunt; à quibus gratians inire studere, nimis iam seruimus: quippe qui, ut alia omnia, ita laudatores etiam, & vituperatores reliquerunt. Hæc Magnus ille Ecclesiæ Doctor Nazianzenus. Hinc vides pessimum, ac detestandum ingrati animi vitium esse propinquos, ac gentiles de nobis beneficem meritos in obliuionis, ac silentij tenebris relinquere; Hæc quicunque recta iudicij trutina perpenderit, haud proculdubio vitio mihi verter, quod in Soterijs, meis, atque in Anthologia Historica Diuorum, Herowumque Longiorum laudes breviter attigerim; maxime, cum id tempus, res, & grati animi ratio postulauerit. Neque ego mea, sed aliena, quibus non gloriari, sed magis confundi debeo, ad Dei gloriam conscribere profiteor. *Valere.*

D O C-

Doctissimorum Vitorum iudicia.

F. ANGELICI  
APROSII VINTIMIGLIA  
Ordinis Eremitarum D. Augustini in  
Athenis Italicis.

**L**AURENTIUS Longus Con-  
gregat. Semperba Sacerdos mi-  
bi familiaris, Anno cliae III.  
Kal. Novembris natus Parme  
sub optimis preceptoribus in Aca-  
demia, & patrio Gymnasio om-  
niuum liberalium artium cursu perfecto, publicè  
Doctorum Laurea est decoratus. Linguarum La-  
tinae, Graecæ, necnon Hebraica studiosus, Lit-  
teraria Encyclopedie, & Litterarum amantif-  
ferus fuit: quorum doctrina, consilio, ac fami-  
liari consuetudine usus est. Inter alios coluit  
Josephum Blancanum praeceptorem suum in  
Mathematicis facultatibus, Marium Bettinum,  
Nicolaum Cabeum, Bernardum Casum, Leo-  
nem Sanctum, Franciscum Remundum, Fa-  
mianum Stradam, Tarquinium Gallutum,  
Jacobum Bidermannum, Angelum Galluccium,  
Christophorum Scheineram, Alexandrum Dq-  
natum, Joannem Baptistam Ferrarium, Ioan-  
nem Bapt. Guerenghius, Ioannem Ciampolum,  
Alexandrum Tassonum, Fulgium Testium,  
Augustinum Mafcardum, Petrum Franciscum

Pau-

*Pnulum, Hieronymum Alandrum Iuniorum,*  
*Bartholomeum Tortoleatum, Ludouicum Blan-*  
*chium, Fortunianum Sanuitalem, Antonium*  
*Brunum, Alexandrum Sperelium, Geor-*  
*gium Polaechum, Marcelum Megalium, Pe-*  
*trum Michaelium, Scipionem Henricum, Ia-*  
*cobum Pighettum, & alios, qui hoc saeculum*  
*scriptis, & ingenio illustrarunt. Vir ad omnia*  
*natus in Heroico carmine modo poetica Sireno-*  
*phoenicem Virgilium, modo generosissimum poe-*  
*tarum Statum, modo obeuntis iam eloquentia*  
*Romane postremum fulgorem Claudianum & in*  
*Elegiaco ingeniosissimum Elegiarum Princi-*  
*piem Ouidium in conscribenda Historia lacteam*  
*ubertatem Liuij facilitate, ac claritate laudata*  
*amularus est. Veterum Scriptorum elegantiam,*  
*recentiorum sales, & aculeatas fententias con-*  
*iungens multa scripsit, quorum hic Syllabus.*  
*Vincta Oratione.*

Ireneidos, i. de Bello, & Pace Italiæ. lib. xx.  
Rupelleidos, i. de recepta Rupella, ac de  
triumphata rebellione in Gallia à Ludoui-  
co XIII. Francorum Rege libri xii.  
Vesuuiados, hoc est de incendio Vesuuii  
nouissimo lib. ix. S O T E R I A PARTHE-  
NOPEA, Veneta, ac Laurentalia, Chri-  
stiados lib. ix. Atestiados lib. iii. Amphi-  
theatrum Poeticum, Latinum, & Hetru-  
scum. Psalmodia Dauidica Thusca Para-  
phasi, ac Poesi redditâ, Aphorismi saluta-  
res. Soluta Oratione, Breuiarium Morale,  
Theologiae Moralis Compendium. Antho-  
logia Historica, Virorum illustrium Elogia,

Ta-

**T**abulæ Salutares , Orationes Varie , ac  
Prælectiones Academicæ . De Obedien-  
tia in omni vitæ statu præstanda libri viii.  
**A**ntidotarium Morale.Iris,Sphœra,& alia.  
**V**iuit , valeq; & in dies noua meditatur , ut de  
eo illud Horatiarum de Q. Cassio Longo Poeta  
Parmensi dictum possim usurpare , ac  
scribere , quod Cassi Parmensis opuscula vincat .

---

R. P. Laurentio Longo. P.P.S. S.

Benedictus Mariottus S. P. D.

**V**ideo ea cum iucunditate , qua soles amico-  
rum munera , & lucubrations Doctorum  
Soteria Tua , quibus Cœlum ad noua prouocas  
dona , dum accepta libas tam piè , & vitæ mor-  
talibus fœneras in tuis carminibus immorta-  
lem . Sed quid mortalibus dixi ? angustis ar-  
etaretur finibus virtus lauri tua si viuentes à  
fulminibus mortis protegeret , nec vita funetas  
refitteret vita , septos tenebris in lucem affere-  
ret . Arcesserit igitur non tamon trans Coccy-  
cum traduxerit Eurydicem Orpheus , quem syl-  
ua sequebantur , & amnes ; cum tu rot hercas  
ereptos è vorticibus Lethes typorum luci reddas .  
& fame : ut quos exesis iam titulis racebant  
marmora ; & corrosis gestarum monumentis re-  
rum obscure loquebantur literæ suis per te rec-  
ptis insignibus , bonoque posita in lumine suspi-  
ciantur ab omnibus , linguis omnium laudentur .

Gra-

**Gratulor igitur tibi tam illustria de morte, de  
obliuione trophya. Iam enim tu te cognosces;  
quam longum tibi tua lauri virestant, per quas  
rediuiua in omne tempus vernabit Longorum  
procerum laus; & quam nobilis laurea te ma-  
neat, qui tot celestium heroum laureas panegy-  
ricis gemmis ornasti. Sic planè tempus cogitur  
nostra perennitati seruire: sic poesis ad incen-  
menta virtutis, & hymnos Calitum inuenta  
dignitatem recuperat suam. Sic demum lyra  
non ad infructuosas Babylonis salices, sed vita-  
lis arboris ad ramos appenditur, cuius ne dam  
fructus, & folia, sed umbra conferunt ad sani-  
tatem. Perge igitur, ita de nobilitate, de literis  
de religione bene mereri, tuamque illam heroici  
carminis tubam prope Meonia parem infla  
in epinicia Augustissimi Polonia Regis. Me etiam  
pedestri saltem Musa succentorem habebis, &  
acclamations non Italia solum, sed Europa co-  
tius supplices illi ad superos tendentis manus re-  
bi conciliabis. Interim verò tuam tibi pietatem,  
ac decus ex animo gratulans de accepto libelli  
munere, & noua bencuolentia tua confirmatio-  
ne quam maximas possum gratias ago maiores  
habiturus. Valeas.**

*Venetij Kal. Decembris 1643.*



**D. Bak**

D. Balthasaris Bonifacij Archidiaconi  
Taruisini Poetæ præstantissimi in  
SOTERIA LAVRENTALIA  
LAVRENTII LONGI C.R.S.  
Doct. Parm.

## EPIGRAMMA.

**Q**VÆ tenet equato binas examine lances  
Pro Solio dorsum Virgo Leonis habens.  
Facundi postquam Longi Soteria logic  
Elogium sacro protulit ore breve.  
Optata fuerit signum penalpha Salutis  
Antiocho; Simplex est mihi Lambda Salus.  
Iure suos celebrat quos cinctus tempora iusso.  
Heroas l'ates, Musa veteraque mori.  
Aede Salutari Longo stante ordine Longi  
Verbo, & re proceres, hinc mihi Longa Salus.

---

R. P. D. Caroli Seraphini Raymundi  
C. R. S.

## EPIGRAMMA.

**P**rodit io merita redimitum fronde volumen,  
Sospitat authoris Laurus, & ornat opus.  
In nunc lingua procax liquoris, & exere fulmen;  
Non habet in lauro fulminis ira locum.  
Audatne & fulmen, dios afflabit honores;  
Fulmina que tangunt fana profana, sacrant  
R. P.

R. P. Georgij Rotini C. R. S.

## EPIGRAMMA.

**V**ocali Ifmarius quondam dulcedine Vases  
Auritis traxit saxa reuulsa iugis.  
Altius barebat validis subnixa columnis  
Aedes, quam sacris gens operata colit.  
Hanc animat cantu, partam per vota Salutem  
Dum resonis Longus tollit in astra modis.  
Se feret hinc varias latè dum Musa per oras.  
Aemula quis ferri limina sacra neget?

## Aliud eiusdem.

**F**irmatis surgit iam demum viribus ager,  
Virginea Longus surgere iussus ope.  
Mox sua patrona soluit Soteria dextra,  
Et miro excultum carmine pangit opus.  
Qua tulit imbelli reparatrix Virgo Salutem,  
Hac puto scribenti Diua magistra fuit.

R. P. Hiacynthi Mutij C. R. S.

## EPIGRAMMA.

**C**ommigrant Lögi reuocata in corpora vires,  
Virginea cedunt fata repulsa manu.  
Calitus illapso mox illum fuscitat astro,  
Debita pro meritis carmina & ille canit.  
Quis mihi in geminas obtrudat Apollinis artes.  
Virgo creat uatem, Virgo medendo iunat.



G.C.S.

DWAR

LAKSHMAN

GWALIOR

Maha-Cat

DEYOGA

Cat

SANCHIT

De

Maha-Cat

tiger

SOTERIA

LAVRENTALIA.

LAVRENTII LONGI

C. R. C. S.

D. M A R I Æ  
LAVRENTIAE LONGÆ

CAPUCCINARVM VIRGINVM  
Institutrici, & Antifitæ,

XENODOCHIORVM,  
Coenobiorum, ac Templorum  
Fundatrici.

S A N C T I T A T E, M I R A C U L I S,  
Sanitatum gratia, & Prophetiae dono  
illustri ob receptam Salutem Tutelari,  
ac sospitæ Diuæ. D.D.D.



INGONI TAVRELLI PARMEN.  
Doctoris Philol. Theol. ac I. V.P.  
SOTERIORVM LAURENTALIVM.

## ARGUMENTVM.



Orripitur morbo, dum spectat ab ade  
Salutis  
Adriaca Longus solemnia gentis,  
Vrbis:

Principiumq; refert, qua Christus ad aetheram nunc  
Ascendit; Musa agrotumq; lantus amicum,  
Cui data nil profundit medicamina, sectaq; vena,  
Calliope sumat patientem ferre dolores.  
Ut tulit ardentes Martyr Laurentius ignes.

Hinc sed opem superum inbet implorare Thalia  
Exemplo Diua cognominis, altaque Longa  
Mira refert; aeger paret, precibusque salutem  
Imperat, hanc Deus Longa p̄fscente roganti  
Demittit Longo, subito qui sanus ab illa  
Factus agit Diua tanto pro munere grates.



LAV-

LAVRENTII  
LONGI  
PARMENSIS  
SOTERIORVM.  
LAVRENTALIVM.

Lib. I.



*I* quot membra mihi, totidem sunt ora  
canenti,

*Maonijisque tonent centum si guttura  
linguis,*

*Sique nouem sacra pandant Heliconia Musa  
Antra mihi, totum spirent si pectora Pindum  
Avonijisque facunda modis, Phabique furore  
Ebria fatidicos moueant in carmina sensus,  
Nunquam Diua tibi Laurentia Longa referre,  
Quas habeo dignas valeam pro munere grates;  
Quotque salus meritisque tuis, precibusq; recepta  
Exigit; atra lues quam debacchata per artus  
Abstulerat, requiemque diu, noctisque negabat.  
Ab mihi nunc morbi primas ab origine causas,  
Auxilioque tuo repararam, Diua, Salutem.*

A 2 Annue

*Annue pandenti, nec deditare canentem.*  
*Illiis insignis spectacula clara diei*  
*Quedam spectarem, merbo correptus acerbo*  
*Decubui; fer opem nostris age Diua Camenis*  
*Omnia namque tibi celo diuina tuenti*  
*Ora patent, speculo veluti perspecta nitenti,*  
*Quae spectasse tibi quondam mortalibus oris*  
*Degerit licuit, propius nunc, luce perenni*  
*Dum frueris, spectas, subiectaque sidera calcas.*  
*Effectus variis rebus producit in imis*  
*Astrorum variis concursus, siue maligno*  
*Siue bono aspectu coeant, influxibus orbem*  
*Diuersis agitant, mortalia membra calore*  
*Sepius accendent; nuperque infausta fuerunt*  
*Astra mihi, ut quondam lethali noxia morbo.*  
*Cheligero signo, quod brachia contrahit, ardens*  
*Lumine sydereo, nostroque refusit in ortu.*  
*Cum Ioue, Mercurio, Saturno, ac Sole Draconis*  
*Cœlestis ferente caput, noctemque fugante,*  
*(Bis octona super dum secla Nouember iniret*  
*Tertius) oppositus stellantia cornua Taurus*  
*Obuertit cum Sole mihi generante calores*  
*Insolitos, astroque furens me Corniger hostis*  
*Vere nouo stravit lethalibus icibus, agrum*  
*Reddidit, ingratoque thoro dare membra coegit.*  
*Siue infausta mihi perlustrans sidera Tauri*  
*Callidus, ingenuis qui praesidet artibus Hermes*  
*In mea fata truces virga concuerat angues,*  
*Interpres diuum, qua pacem ferre solebat,*  
*Bella inimica mihi, supremaque fata parabat.*  
*Siue labor studijs impensus Pallade saua,*  
*Mercurio inuito, qui fauerat ante, furente*  
*Membra calore mihi, nimoque accenderat astu,*  
*Meque*

# Laurentalia. 5

Meque Dianeis intentum forte legendis,  
Quas morum Doctrina refert, oracula patrum;  
Pontificumque scita iubent, Diana furenti  
Accedens Taurō spectabat lumine toruo;  
Humorumque, mei quos corporis integra iunxit  
Temperies, canibus velut olim Actaea morsu  
Permitit miserè laniandum, febris adusta  
Per mea mēbra sītim conflauerat ardor anhelā;  
Quam non Castalia poterant extinguiere lymphā  
Bellērophonias non limpida vena liquoris.  
Vel Deus astrorum summus moderator, & author  
Qui regit Imperio terras, pelagiique tumentis  
Æquora, qui vitas hominum, pecudūq; gubernat,  
Ut me corriperet per deuia forte vagantem  
Errantemque graui percussit vulnere corpus,  
Ut sanaret amans mente mī, quam condidit, agrā  
Me vel ut immeritum spoliaret lumine vita,  
Quam dedit, & roties diua genitricis amore  
Reddedit eripiens lethi de faucibus agrum;  
Cum spes nulla mihi vita supereffet habende.  
Sic mī Diuina Triadis sacra templā colentis  
Contigit, Adriacam qua fluctibus alluit urbem  
Pontus, & instabili fortuna volubilis astu  
Alternat fluctus, sotidoque ad sidera saxo  
Sacra salutaris consurgit Virginis ades.  
Hanc Veneti struxere patres, ubi peste fugata,  
Innaneros homines qua iam demiserat Oreo,  
Reddedit opacam reliquis pia virgo salutem.  
Inde trahit nomen templū sublime, quod vndis  
Imminet Adriacis, celsoque minatur Olymbo;  
Huc ego per cochleas multis comitatus amicis  
Conscendi cupidus sacra spectacula pompe  
Spectandi festa qua Christi luce trimphus

A 3 Sidera

Sidera scandentis Veneta celebratur in urbe,  
 Adriaci Regina maris cum vexta superba.  
 Nave, nihil totus qua vidit pulcruis orbis,  
 Annua Neptuno sponsalia prabet amanti,  
 Ille namque die roseis ubi vexta quadrigis  
 Tithoni coniux rutilantia protulit ora,  
 Phœbus ab Oceano currus eduxit Eos,  
 Et lucem meliore coma diffudit Olympe,  
 Alta salutaris tetrigi fastigia templi,  
 O quam rara meis hic, & pulcherrima rerum  
 Obiecta est species oculis, subiecta tuebar  
 Mania, qua Babylon stupet, qua barbara Mēphis  
 Miretur, clauso Romaque potentia Iago.  
 Hinc ego subiectis desigens lumina tectis  
 Innumeras ades medijs consurgere ab undis  
 Spectabam, delubra Deum, fora plena tumultus,  
 Concursumque hominum, fundata palatia ponto  
 Æmula cœlicolum templis, naualia, pondes &  
 Maandris vicos intercurrentibus urbis  
 Impositos, inter quos Riu maximus alto  
 Imminet, atque domos ingenti sustinet arcu  
 Pons opere insignis, ripamque amplexus utrāque,  
 Fluminis, hic cunctis calcatur gentibus alte,  
 Sic olim summo Tarpei e vertice Saxi,  
 Obsessam Gallis ubi Longus ab hostibus arcem  
 Sulpicius turatus erat, celebrata Quiricum  
 Mœnia cernebam, priscorum templa Deorum  
 Pantheon Agrippa, Marcelli in monte theatrum,  
 Tunc ubi degebam, magnis habitata Sabellis  
 Tecta, triumphales arcus, veteresque columnas,  
 Pyramidesque, Tybri quas Nilus misit, & alia  
 Amphiteatra Titi, mundi miracula, Ebernas,  
 Mansolea, Vrbis vestigia prisca, ruinæ,

A.P.

# Laurentalia. 7

Ast Hadriana illis moles, hic Adria multo  
 Me magis oblectat, Latij nec molibus ædes  
 Adriaca cedunt, prima nec Roma secunda,  
 Vrbs superi Regina maris, rediuita Quiritum  
 Est ubi libertas longum dominata per eum,  
 Hæc ego spectabam summo de vertice templi,  
 Solis ad ardentes radios sub regmine nullo  
 Membra calore coquens lethalis semina morbi,  
 Qui mihi prima tulit. Comiti me multa roganti,  
 Visere qui Venetam peregrinus uenerat urbem  
 Illius & festi solemnia sacra diei,  
 Narrabam Veneta primordia gentis, & Vrbis.  
 Gens hac, aiebam, Troiano sanguine creta  
 Romuleoque venit, qua condidit ista profundo  
 Æmula Dardania Neptunia pergama Troi.  
 Sparsoq[ue] Iliacam fatum miserabile quondam  
 Per varias terras, diuersa per aquora geniem,  
 Hinc alias alijs diuum responsa secuti  
 Sortiti terras; gelido pars una sub axe  
 Constitit; hi Libyam profugi petiere calentem,  
 Hesperias illi sedes maioribus acti  
 Auspicij; sedit Laurenti in littore vicit  
 Dux Anchisiades Romani sanguinis author.  
 Vndiuagam sed qua complectitur Adria Tethim  
 Extremus, refluis & circumtunditur undis,  
 Troius Antenor lapsus per tela, per ignes  
 Argolicos, potuit fontem superare Timau,  
 Medoacique vadum, tutaque quiescere terra.  
 Hinc Silis, inde rapax Athess qua fertur in aquor.  
 Huc igitur venit; sed non Sigeia tantum  
 Dardanij sunt signa viri, Regemque secuti  
 Ipsa via comites dederat, sociosque laborum  
 Euentus Fortuna parens, quos Cromnia mater

A 4 Miserae

Miserat ad Troiam Venetos, post pergamā flāmis  
 Combūsta Argolicis, proprijsque sepulta ruinis.  
 Sed Troas Phrygia quos ille abduxit ab Ida,  
 Quosque dedit Scythicis undis obiecta Carambis  
 Communi Venetos iussit Dux nomine dici,  
 Et Venetam terram, fuerat qua Marte potitus,  
 Euganeis pulsis Alcida sanguine claris  
 Ast tandem Venetis Romana potentia vītis  
 Imposuit leges, Latij Venetasque colonis  
 Impleuit terras, Romanis cūiibus Vrbes.  
 Quos septemgeminis eductos collibus, oras  
 Ut captas colerent, tandem furor impulit Hūnus,  
 Italia exitium minitans tellure relicta  
 Adriacos penetrare sinus, urbemq; marinis  
 Flūctibus hostiles contra molisier ausus  
 Clādibus horrendis iam deformata iacebat  
 Italia Hunnorū facibus, belloque cruento,  
 Imploratq; Dei formidine cuncta flagellum  
 Attila, qui gelida populos eduxerat Arcto,  
 Rhipheis excussa iugis vis Hunnia ferro  
 Ac flammis passim vastabant & oppida & urbes  
 Iāq; Aquileia potēs, placidasq; Limenis ad undas  
 Exciderat Scythicis pinguis Cōcordia flāmis  
 Altinumque vetus, docteque Anthenoris arces,  
 Iam vicina freto tellus, & nobile littus  
 Barbaricis mersum facibus, tristique fauilla  
 Sparserat Æneadas, Venetosque in stagna colonos,  
 Flebat Amyclei cultu spoliata Timaui  
 Nais, & inuisos querebat condere fletus  
 Damnatis Cilina vadis; his questibus ibat  
 Mastæ per arua Silis, viduisque Liquentia cāpis.  
 Sed lacrymis posuere modum, mastisque querelis,  
 Qui nitidi venere dies, vultuque sereno

Risit

# Laurentalia. c. 9

Risit uterque Polus, medijs cum blanda sedem  
Exceptit Fortuna sinu, que cesserat ante  
Ausonijs inuita plagis, & ab urbe Quirini,  
Imperij cum pompa vetus nomenque Latini  
Odrysias Latio presserunt pondore terras,  
Byzanti claram qua Bosphorus alluit urbem,  
Hic ubi in Adriaco sedet insula multa recessu,  
Quia Dorim infusam circum lacique vagantem  
Littus ab insano fluctu tutatur, & Austru  
Huc simul iratum presentit Nerea Tethis,  
Nympharum comitata choro se proripit ales,  
Glaucaque furtiuo complectens flumina nexus  
Æquoreas undas ultra fluuialibus undis  
Miscet, & ignoto generat nona pignora furto  
Nuda erat hac terra facies, qua stagna refusa  
Neptuni placido cingebant aquore, nondum  
Fluctibus extabant constructa palatia, & ades.  
Aurea nec celsa feriebant Sydera turres,  
Stagnanti non ulla fretu naualia, rari bic  
Remorum pulsus, & rara celestis mata nautum;  
Sedibus his hospes pallam succincta sedebat  
Exceptura nouos felix Fortuna colonos;  
Hos ubi vicinis prospexit ab urbibus actos,  
Desertoque solo medio sibi quarere ponto  
Effugia, arridens se se venientibus offert.  
Pronaq; in amplexus ambas simul explicat ulnas  
Excipiens profugos gremio, pergitque fouere  
His suadetque locis stabiles sibi ponere sedes,  
Mansuramq; urbem, quam non cuertere possit  
Barbarus Hunus, atrox Geta, Longobardaq; turba  
Hucque suos conferre lares, pro menibus unda  
Sit maris, aduersis si que gens irruat armis,  
Dannatas roties bellorum casibus urbes

# ¶ 0 Soteria

Ne repetant toto cingant sed limina ponto,  
Fas ubi perpetuo sit libera iura tueri;  
Erexit Fortuna animos horante iuuentus,  
Consiliumq; probat: iam iā mēs omnibus una est,  
Deserere infastas terras, in fluctibus urbem  
Condere, & Adriaco Neptuni fidere regno.  
Conuenere viri Romano sanguine clari  
Ad Venetas quos Roma parens iam misera oras  
Insignes pietate, armis, titulisque decoros,  
Quorum progenies veterum cognomina seruant.  
Hic Semproniada Longi, Galbaque, Quirini.  
Sulpicia de gente sati, Iouis inclyta proles.  
Cassia quosq; tulit soboles, Mauriq; Nigriq;  
Et quibus Alba suum dederat cognomen, auosq;  
Trojogenas, Claudiique gens Marcellus, & alia  
Scipiadicum soboles Cornelij, & Aemidiani,  
Pisones, Zeni quos gens Calfurnia misit,  
Lollini, Calbi, Memmi, qui Mnestheus gentis  
Authorem referunt Troiani principis unum.  
Ex focis, retinens Michaelis Anicia nomen.  
Gens, Coriolani genitrixque Veturia Martis,  
Poblicola Valerique domus, quosq; Aelia misit  
Donatos, Maria Celsi de gente creati,  
Basilij, Metij, Bolani, nomen Juli  
Productum quicunq; tenent, minuuntq; Comini,  
Iunia progenies Bruti, Pompeia Magni,  
Atque Anthenorida, quos & Vicetia mater,  
Ac Verona tulit, nec non Aquileia ciues,  
Adria, & Altinum, Concordia, Ateste q; misit.  
Hi Venetam primi versis ex omnibus urbem  
Menibus, Aeneada qua iam coluere Quirites  
Adriaco vicina mari struxere, palustri  
Fundamenta solo primum posuere, saloque.

A Virginis

# Laurentalia. II

Virginis auspicijs Marij, qua luce Tonantem  
Inuiolata parens puro concepit in alto.  
Cum Sacer Aethereis delapsus spiritus astris  
Numine casta pia compleuit viscera matris.  
Panderet auratis Aries dum cornibus annum,  
Cunctaque conuexi summo de cardine Cœli  
Lustrares Phœbus Pryxei velleris astro,  
Aequaretq; diem nocti, lucemq; tenebris,  
Cesserat officium contraria Libra vicissim.  
Mersabatque iugum meditanti pralia Marti  
Proxima; cum Veneris sydus ferretur eodem,  
Quo Phœbus, signo, rectusque in parte fauereb;  
Iuppiter undecima fulgentis passibus astri.  
Rectus q; octava Cyllenius, undique signis  
Opposita alterno spectantibus ora fauore.  
Vernabat placidum Zephyris mulcentibus equor;  
Syderique poli se se tunc mollibus horis  
Induerant, ornans vario se Terra colore,  
Floreque certabat Cœli radiantibus astris,  
Tunc erat astrorum felix concordia, q; anni  
Temperies, quando vulgi stipante corona  
Dardanidum stetit ille palam venerabilis ordo,  
Et Rivo templi posuit fundamenta in alto  
Non augur lituo innixus trabeaque decorus,  
Obseruauit aues, extisque admotus aruspex,  
Sed pius in niuea spectandus ueste sacerdos  
Hic posuit primum lapidem, superisque litauit  
Bis terrena vago, que cingitur insula, ponto  
Aedibus impleri capit, tot castra putares  
Disponi, q; vastis simul oppida surgere campis,  
Talis erat mundi primum nascentis origo,  
Hac Cœli facies, manet ergo finis utrumque  
Idem, principium par orbis, q; urbis eidem.

A 6 Hac

## 12 Soteria

Hec Aquileia tuis, velut Alba Roma ruinis  
 Creuit, ut Iliacis surrexit ab ignibus Alba,  
 Hic sub consulibus Respublica nata Tribunos,  
 Ut Romana tulit Troiani sanguinis heres  
 Hac decus Italia Veneti Venus altera ponti  
 Libertatis apex, fidei firmumque labantis  
 Praesidium, quod nulla dies violabit, & qui  
 Nullo unquam casu poterit violare vetustas,  
 Non nisi conuulso terrarum corruet orbe,  
 Nec nisi cum diris flammabit ab ignibus aether,  
 Nam velut orta Venus pelagi spumatis undis  
 Vulcani flamas, Martisq; incendia temnit.  
 Nec crinem metuit mutantis regna Cometa,  
 Non coeli fulmen, non terra murmura, motus,  
 Non pelagi fluctus, tempestisque sonoras,  
 Nec patet insidijs, nullique obnoxia fraudi est  
 Hanc nequit effossis penetrare cuniculus antris,  
 Doricus haud ignis potuit consumere molem  
 Hanc, neq; Gotthorū rabies, neq; Vādalus atrox,  
 Hunnorum nec dira manus, sitiensque cruoris  
 Attila, cuncta ruens nec Longobarda tyrannis,  
 Non Ligures, non Turca ferox, Galliq; propinquis  
 Insultare vadis ausi, non Theutones armis,  
 Vrbs duodena suo numerat iam scula ab ortu,  
 Lustra quaterna, duos totidē cum messibus annos;  
 Ex quo prima salo fundamina iacta fuere,  
 Extructumque fuit templum sublime Iacobi  
 Quod primum Veneris Riuo construxit in alto  
 Ut Capitolina templum fundauit in arce  
 Romulus, & spolijs primus decorauit opimis.  
 Mox diuina Petrus pandens mysteria Roma,  
 Vel Namertini clausus sub rupe sacravit,  
 Sed & ruris Latie, Veneta sic ultima in urbis  
 Templo, et templum, nomine cui Palladis arbor  
 Proxima

Proxima forte dedit, nascenti occurrere Phœbo  
 Cerne procul fanum, tepidoque afflarier Euro.  
 Clauigeri senis est prima hic de marmore sedes.  
 Anticchi primum qua sedit in urbe, secundam  
 Roma colit cathedram, cuius nempe emula surgit  
 Vrbs Veneto fundata mari dein laua per undas  
 Lumina convertens longo pomeria ductu,  
 Extremumque latus videoas natalia circum  
 Caruleis pretenta vallis, & turribus altis;  
 Et muris munita manens, panduntq; recessum  
 Atque aptum portum redeuntibus equore nautis.  
 Iste locus terno fluctus maris excipit alueo  
 Ore patens uno, gemina quos tuere superbit,  
 Praesidio stabili munitum, ac milite multo;  
 Nec non ferraso calathrae obijce portis  
 Sublico innigit duo propugnacula ponte  
 Indignantes maris refluis feruoribus astus.  
 Terna quoque in triplices dimisa trichora recessus  
 Apparent altè regali condita sumptu;  
 In quibus artifices varij, varijq; labores,  
 Hic spectare rudes valeas longo ordine stantes  
 Pontibus aquata ter centum fronte carinas,  
 Quas sernant subitos inopini Martis ad usus  
 Quartæ hic cōgeries operum, quā magna rudētū  
 Maseries vasta iacet hac contortolis aula.  
 Hic longos funes, transennas, carbasa cernas,  
 Velaq; Threiciam Boream vindura, Nothumq;  
 Structilibus congesta tholis uncosq; tenaces  
 Remorum confusi illic spectantur acerui,  
 Multaque vulnicis telis, stipata recumbunt;  
 Atria recta super. Ni olim mentira veriustas  
 Eset vana Deos, scui hęc eraria Martis  
 Credere, & equorei liceat penetrata Regis,

Tot galea, clypeique caui, tot protinus enses  
 Argolicas potuere manus armare, Phrygasque  
 Ordine ibi pulcro distincta, locoque decenti  
 Arma nitent longè, lateque capacibus aulis:  
 Talia dum loquerer, bissenas ictibus horas  
 Indixere duo pulsantes era gygantes,  
 Malleus arisonus, quam dextra vibrabat uterque  
 Horas alternis signabat pulsibus aris.  
 Espicio, mirorque foro, qua turris ad astra  
 Surgit, & ampla adeo, celsa ut fastigia possint  
 Iumenta acclini descendere leniter actu.  
 Hanc prope regales Venetorum Principis aedes  
 Marmore de solido constructa palatia cerno,  
 Sacra quibus diui surgit contermina Marci  
 Aedes, qua nihil est toto pretiosius orbe.  
 Huius enim facies splendescit marmore, & auro,  
 Musuoque opere: hinc radiant fastigia Gravis.  
 Artibus, & fulvo signis distincta metalla,  
 Multiplicique tholus surgens testudine pender.  
 Tercentum nitidis ados stat fulta columnis,  
 Quas macula varia distinguunt, siue Laconum  
 Rupibus excisa fuerint, seu Sinadis antro.  
 Taygetine ingis, nec non Cerealis Hymeti  
 Marmora ibi videns Lunensisbus eruta usque,  
 Quaque metalliferis succidit Iberia campis,  
 Quas distincta Phryges maculis misere cruentis,  
 Canicie crispa Aegyptus, liuentia Lesbos.  
 Pitturata Lybes, guttataque Thebais nero,  
 Alba Paros, maculosa Chios, variata Carystos,  
 Versicolorque Thasos, rorataque murice Sidon,  
 Et Thiro, & Nilus Tyrios imitata rubores,  
 Et dari Oebalio viridiania monte Lacones,  
 Arguc coloratus spectans em pascit Ophites,

Vir-

Virgatique undant sinuosa volumina fluctus ,  
 Quid pulcro Prasij laquearia fornice saxi  
 Fulta , & mille locis emblemata milie colorum  
 Vermiculata loquar tabulas imitantia pictas ,  
 Arte figuratis insculpta roreumata saxis ?  
 Pro foribus templi simulacra tuebar equorum ,  
 Et viuis similes ductos ex are iugales  
 Publica libertas quibus est signata , solutes ,  
 Infreni & nullum mandentes ore lupatum ,  
 Ardua queis ceruix , caput acre , auresq; micates ,  
 Pregrandes oculi , breuis alius , crispaq; cauda ,  
 Queis iuba subsultans in fronte alludit , & armo  
 Luxuriantे toris , tergumque , & pectus obesum ,  
 Spinaque lata duos diducit concava lumbos .  
 Spumosum mandunt aratis dentibus aurum ,  
 Atque reluctantēs freno fremere ore videntur .  
 Indomitique furunt , generosaque colla reflectunt ,  
 Acrius assurgunt pedibus , cursumque minantur :  
 Hic nihil hinnitum prater , sonitumque requiras ,  
 Quem forte audires , posito si murmure venti  
 Immotos sinerent tranquilla per equora fluctus  
 Talem Actea tuo Neptune impulsa tridente  
 Fudit equum tellus , tales dedit alta Corinthus .  
 Tales sculpsit equos Calamis , positoque peritus  
 Praxiteles opus incepturn sēssore peregit .  
 Talem Pollao iuueni Lysippa dedisti ,  
 Qui quondam magno sub Principe cursibus acer  
 Sic oculos , sic ferre gradum . sic ora solebas .  
 Sustinet bac sacra sublimis porticus adis ,  
 Quinq; fores subse , & totidem qui continet arcus .  
 Vestibulumque sacri pandens penetralia templi .  
 Illinc Sidonio vestitos murice patres ,  
 Purpureisque stolis claros exire videbam ,  
 Regaliq;

Regalique Ducem patrio cum syrmate pompa  
 Auratum cornu diadematis instar habentem  
 Ire Senatorum magna praeunte ceterua  
 Ad littus, dominamque Maris concēdere puppē.  
 Ante Sacerdotum graditur longissimus orda  
 Diuinis facris mulcentum laudibus aures  
 Arguta resonat cythara concentus, igoris  
 Mox acutum lituum sonitus, clangorque tubarum.  
 Vexilla sanse ducem discreta colore feruntur  
 Atque notant pacem, bellum depicta cruore  
 Purpureo, rutilum viola mentita colorem  
 Carneisque maris pacis sunt signa sequestra.  
 Hic ducibus Venetis vidi data munera quondam  
 Ponifice à summo sellam, pulvinar, & ensem  
 Vim bellorumq; auro rutilant bac omnia fulvo  
 Regum oratores inter grauitate souera  
 Dux vadit Veneta Franciscus Ericius urbis  
 Purpurei proceres illum patresque sequitur,  
 Ut litus tetigere mari, portumque paratum,  
 Ilicet Adriacam concendent pontibus Argo  
 Cum patribus Princeps, Regumq; Duxq; potētum  
 Legati, illustris pars non ingloria catus  
 Celsa puppe sedet Princeps tabulata superna  
 Purpurei tenuore patres infernaque nautæ  
 Hi proni adductis fundunt vada salsa lacertis  
 Remorum aquato libramine, & equora verrunt  
 Certant, verso canescant marmore fluctus,  
 Et diducta crepant stridenti carula rostro.  
 Dux Bucentauro vehitur, Veletusque Senatus  
 Hinc, atque hinc illum gemina stipante triremi  
 Ast subitos motus armisque, virisque parata,  
 Qua diu surgit templum sublime Georgi  
 Quaque Somaschenum florent Gymnasia patru

Conti-

Cötigua Antoni delubra in finibus urbis,  
 Qua circumfusis Carthusia lambitur undis,  
 Qua procul urbe iacet non longo tramite tellus,  
 Neptuni qua frenat aquas, fluctusque tumentes  
 Frangit, & undisonas compescit caute procellas,  
 Ore fluentisono, quas turbidus Adria miscet  
 Cum ferus inclusos emisit carcere ventos  
 Æolus, & laxis prorumpere iussit habenis;  
 Progreditur nauis flammanti murice testa  
 Qua geminis munita salum subit ostia castris,  
 Et raucis resonant tormenta tonantia bombis  
 Euehitur Princeps verrentibus aquora tonsis,  
 Vt que altum tenuere rates, & nobilis Argo  
 Incita remigibus falsas volat acta per undas,  
 Summaque celsarum rarescere visa domorum  
 Culmina, & aeria sensim decrescere turres  
 Incipiunt, altis surges Neptunus ab undis  
 Reginam pelagi venientem naue salutat,  
 Huic late egregium pulcro decus enitet ore,  
 Et blande crispat molles leuis aura capillos.  
 Nam neque cesariem crinali stringere cultu,  
 Colla nec ornatu patitur mollire retorto,  
 Scintillantque genis ignes, tremulumq; per aquor  
 Irradiat niueo fusus de pectore candor.  
 Hac qualis turrita Phrygium Berecynthia terris  
 Imperio gaudet, sustentat dextera sceptrum,  
 Hanc prope pacificus surgit dominator aquarum,  
 Bellipotensque Leo terrens rugitibus orbem.  
 Ægumque premit pedibus mare, Cretica Regna,  
 Quem nunquam nudaces capitis demittere crines  
 Cernere erit, niueis hunc virgo Regia plantis  
 Mulcet, & aurato collum premit inclita sceptro.  
 Talis Monoceros, cuius fortissima cornu

N:

Nigranti frons armatur, quo territat hostem,  
 Virgineis gaudet se se submittere plantis,  
 Virginis in gremio somnum, placidamq; quietem  
 Percipit, ista dedit secreti semina amoris,  
 Natura, hacque fera est atrox inuata cupido.  
 Nonit adesse maris Venetus cum numina Princeps.  
 Nereidumque choros salsa certare per undas,  
 Protinus auratam iussit consistere namem  
 Sidonio tellamque ostro, sartamque cypresso,  
 Et pelago obuerti puppem, pandique fenestram,  
 Inde altum spectat Dux magnus Ericius aquor.  
 Imperio Venetis decimum qui prefuit armis,  
 Ad solium meritoque absens regale vocatus  
 Restituit pacem (terraque, marique fugatis  
 Hostibus) & futuum patrijs regionibus annum,  
 Stans puppe extrema Princeps diadema cinctus  
 Aurato cornu summa gravitate verendus  
 Exorat superos, reddant connubia fausta  
 Felices undas, Neptuni nomine fausto,  
 Atrox actis precibus, cunctisque fauentibus ore  
 Fulgentem summis digitis, similemque cadenti  
 Extensis auro conclusam diuise gemmam.  
 Hac ait, Imperij in signum veri, atque perennis.  
 Te mihi perpetuo coniungo fædere Dori.  
 Annulus iste tibi sponsalis pignus amoris,  
 Hac rata Rex pelagi natau connubia firmat.  
 Cum Ducis è manibus dicentis lapsus, amaras  
 Annulus intrat aquas. Nautarum turba natantum  
 Hasce subit, pelagi scrutatoresque profundi  
 Pralia pro iacto miscant suò fluctibus auro.  
 Vrinatorum certamine pulsa resultant  
 Litora cuncta premit cymbæ vagacymba propinquæ  
 Iaque sub innumeris iacet aquoris unda phaselis.

Exori-

Exoritur clamor quo virum, clangorque tubarum;  
 Iamque mari toto vocum concordia discors.  
 Auditur, placidis ludunt Delphines in undis  
 Tranquillo Nereus attemperat aquosque fluctus,  
 Tum curfu certare rates, spumaq[ue]a remis.  
 Marmora, percusso repetito verbere fluctus.  
 Prospicio. Princeps Hymeneis rite peractis  
 Obuerjus repetit vicini litoris oram,  
 Qua quamvis salsis pelagi quatatur ab undis.  
 Fons ibi dulcis aqua scatibus emanat ab imis,  
 Cui latices ponens non intermiscat amaros  
 Castaque non patitur Naïs sibi Nerea iungi,  
 Sic Arethusa suum seruat sine labe pudorem,  
 Dum fugit Alphei se deperirentis amores.  
 Elea occultos penetrans telluris hiatus  
 Aequore sub Siculo longo renoluta mea  
 Pura Syracusis tandem caput exerit oris,  
 Nicolei Princeps dictum de nomine templi  
 Ingreditur pompa ingenti comitante Senatu,  
 Et tria diuorum veneratas corpora in ara  
 Condita marmorea diuinum Numen adoras.  
 Ac sacris adstat, peragit qua rite Sacerdos.  
 Antistesque pius Marcella gloria gensis,  
 Luxq[ue] Somascheni catus Aloysius ingens,  
 Nunc Sebenicensis praelarus pastor opulis  
 Publica vota facit, foluitque in vestibus albis  
 Talia post annus celebrat mysteria Vegla  
 Roscius Antistes, quo Famamq[ue]a repose  
 Odrisum perpesta ingum letatur pudentem  
 Sed Latij, Graijque suum, Thruscique reposcunt  
 Si natale solum spectos, hunc Graecia latet,  
 At Lassia, q[ue] Thrusca cincta facundia lingue  
 Afferit esse suum, famamq[ue]a, de cuiusque Somasche  
 Reli-

Religiosa cohors sacri commendat alumni  
 Interea fusis precibus, sacrisque litatis  
 Dux Venetus Nauem repetit, proceresq; patresq;  
 Nobiliumq; manus comitum, freta carula versat.  
 Protinus adnixi magno certamine naua,  
 Spumanti pictos curuantq; ingurgite remos,  
 Et rauco sonitu perfratta remuratur unda.  
 Dum sibi respondent parili moderamine tonsa  
 Vntla vadis abies celeri pede labitur undis.  
 Talis Olympiaca retigit quem gloria palma  
 Ibat ouans ueleri per plana, per ardua cursu.  
 Talis iter rasit rapidis Scheneia plantis,  
 Alite vel cursu victor Megareius heros.  
 Incipiunt illis humiles se attollevre ierres  
 Urbs aperire sinum, diuorum culmina surgunt  
 Stagna senex extrema premens Antonius eadem  
 Pandit ibi madidos qui longius exit in Aistros  
 Capices veneranda genis, intonsaque barba  
 Mortales oculos, humanaque pectora tangunt,  
 Aspicio structos Pario de marmore postes.  
 Sub niueaque sacros famulantes ueste ministros  
 Quos inter Maripetruſ erat, Laurentia Longa,  
 Cui tua gesta dedi verbis descrip ea Latinis,  
 Ederet ut Thuscis eadem mandata papyris,  
 Hinc propiore tholo fratres Sacra Templa tenentes  
 Prospicio, queis nigra toga est, manicaque niuales,  
 Calitis ante pedes soboles numerosa recumbit,  
 Quem Calaroga tulit Gusman & gentis honorem,  
 Nec procul aspicio templum venerabile Dini,  
 Pannonio qui veltus equo pietatis amore  
 Ignarusque doli sua pallia diuidit agro.  
 Virginis admiror culu pulcherrima templo  
 Diuipara gremio centum complexa ministras,  
 Glauca

# Laurentalia. 21.

*Glaucā sub extremis qua manib⁹ aquora rauco  
Murmure sep̄e fremunt, cōtra stat Numinis eges  
Vnius, ac Trini, cui proxima templa dicata  
Theutonica stāt strūcta manu, patrib⁹q; Somaschē  
Hec sunt culta manent, parcō subiecta sed illa.  
Ulteriore solo natiuo Diuus amictu  
Stigmata sacra gerit, Christus quę corpore passus.  
Inflixitque viro, cui circumfusa ministrat  
Turba frequens exuta pedes, q; fune recincta  
Et decreta patris seruat, cultumque propagat,  
Inde auersa sedet stadio submota virenti  
Virgineos soboles frontem vittata decore  
Porro equata Polo gemini fastigia fratres  
Alta tenent, plenis ubi passim caluus inerrat  
Porticibus catus nigranti tectus amictu,  
Alba sed obscura latitat sub tegmine vestis.  
Vicinā huic gemina consurgunt Virginis eadē  
Crebra dedere illi quondam miracula nomen.  
Huic Formosa dedit Virgo, materque Tonantis.  
Obij citur retro iuuenis, qui nuda recinctus  
Membra iacet medijs flammis, nec dira recusat  
Supplicia, admotumque rogam non sentit, amoris  
Scilicet aetherei flammis melioribus ardet.  
Stat prope Laurentem suras nudatus, q; vlnas  
Contectusque humeros, ventrisq; extrema rigenti  
Cortice demissi cui sunt pro veste capilli.  
Nimirū hic ille est, celebrat, quem maximus orbis,  
Quique tuis eastum fatorum conscius agnum  
Iordanes immersit aquis, vox aurea mundo  
Inclamat, properate viri, sit semita Regi  
Vndique aperta suo. Cali scrutata recessus  
Est auis inde potens, quę nūc super ardua mundi  
Præpetibus volitat pennis, nunc lata relabens*

*His*

His sacrata vadis sibi debita templa reuisit,  
 Odium memoranda domus circumflua tellus.  
 Ecqua nam superum non his simulacra coruscant  
 Littoribus? sparsis en circum tempora canis  
 Fatidicus vates, magnus cui voce Sacerdos  
 Proditur ante diem terris, nunc sydera pulsat  
 Vertice, & exhaustis uni cadit Ida metallis  
 Dalmatia:icumq; latus, Chalcisque undosa resedit  
 Miratur sua templa senex, miratur honores  
 Femineumque chorum, & plena sacraria diuis,  
 Cui super imposito parua hac vacat ara facello  
 Vicinam seruat proles Alpheia molem.  
 Sed tormentorum bombus quatit eminus aures,  
 Hinc oculosque rapit ratum concursus ad urbem,  
 Et Buccentauri reditus, qua pupibus ora  
 Dalmaticis stipata solo curvatur in arcum.  
 Excipit hac reduces Veneto cum Principe patres,  
 Qui naue egressi repetunt regalia tecta,  
 Tecta renidentisplendentia marmore, & auro,  
 Arcibus aethereis rutila certantia luce  
 Talia spectantem sublimi ex ade Salutis,  
 Verbaque cum socijs magno sermone ferente  
 Sole sub ardenti saus me corripit ardor,  
 Exuritque novo Febris mea membra calore,  
 Nempe meos fixit telis radiantibus artus  
 Arcitenens numen (medica quis crederet artis)  
 Autq; nostra graui percussit corpora morbo,  
 Tartareis egressa vadis tum Febris acuta  
 Luce oculos perfusa graui, feroore maligno  
 Funereum succensa caput, cui flammæa collum  
 Casaries vestit, dextram grauauit ignea cuspis,  
 Me petit, ardenti transfigit viscera telo,  
 Proctimus internas popularatur flamma medullas

Pro-

# Laurentalia. 23

Proditur indicijs, geminatur anhelitus oris;  
Fitque frequens pulsus, tristo rubor errat in ore  
Obstupui, quod in æde Salus cui nomina fecit,  
Aegrotis ubi Diua solet conferre salutem,  
Perdiderit me morbus atrox, cogorque repente  
Ardua sublimis fastigia linquere templi  
Divinæ Triadique sacrum me confero ad edem;  
Molior ast tardo vestigia languida gressu,  
Iamque mihi vires nimium crescente dolore  
Deficiunt; ager stratis decumbo, supinus.  
Ad cœlum sustollo manus, numenque precando,  
Auxilium cœlestè peto, quo ferre libenter  
Lethiferum valeā morbam, vel quicquid Olympi,  
Regnator me ferre valit grauiora merentem.  
Solueraū occidui revoluto cardine cœli  
Flammis uotos iam Phœbus equos, nocti⁹ sequēti  
Luce abeunte locum dederat, cum Febris adusio  
Sanguine pasto meos rursus succederat artus,  
Assidua quæ tabe furens per membra calore  
Insolito vires mihi pene absumpserat omnes.  
Protinus accesso medicum, quem semper honore,  
Prosequor, Hordanum, quo non praestantior alter.  
Morborum causas agnoscere, pharmaca vita  
Corporibus prebere agris, depellere morbos.  
Nouit enim quicquid valet ars Chironia quicquid  
Hippocrates, Auicena docent, ingensq; Galenus,  
Atque Dioscorides; nouit nouis arte Machaon,  
Quid contusa valet folijs viridantibus herba,  
Quid iuuat expressus quiuis radicibus humor,  
Nouit q̄ herbarum vires & nomina mille  
Quotque salutifera dant frondes arbore sylua  
Quot Parauina tenet medicas viridaria plantas.  
Corporis hinc abigit pestes, seu fluminis instar

Putri-

## 24 Soteria

Putrida profluvies laxa decurrat ab aluo :  
 Seu nigra lethargi miseris submerserit unda  
 Torminaue insomnes subigant traducere noctes :  
 Siue repente oculi de vertice nube coorta  
 Caligent, auresque sonent, & fuccidat omnis  
 Membrorum moles : elephas seu turpe videri  
 Obducas totum squammis, ac ulcere corpus.  
 Seu premat Inda lues patrijs infecta venenis :  
 Arida vel nimio pascatur membra calore  
 Febris, & in ventrem sitiens descenderit Hydrops  
 Seu formidentur lymphæ, seu viperæ diris  
 Morsibus inspiret virus ; seu mixta nouercis  
 Pocula priuignis tractim vestigia lethi  
 Corpore perfundant, ac turpem lucida vultus,  
 Seu causis prognata alijs vis tabida morbi  
 Ingruat, hec valido prudēs medium amine Petrus  
 Tollit, ei ratio patet omnis certa salutis.  
 His lethi innumeros tutatus ab ictibus egros  
 In media potuit cymbam Styge fistere onustam,  
 Atque Charontem predas auferre rapine.  
 Ergo vocatus adest nulli virtute secundus  
 Vir Petrus Hordanus, Medice nec deficit arti  
 Abstrusas morbi causas rimatur, & omni  
 Sollicitus cura crescentem auertere pestem  
 Pharmaca prescribit certis sumenda diebus ;  
 Fomentis stomachumq; iuuat, varysque medelis.  
 Utque repellatur cum sanguine noxius humor  
 Mox iubet incidi chirurgi cuspidé venam.  
 Me inuisitque frequens, nullo parcitque labori.  
 Sed medicina nihil prodest, nil sectio vene  
 Indeprensæ lues nam crescit ut hydra recisa  
 In caput segetem, semperque repullulat; ingens.  
 Excruciat mæa membra dolor, medicamine nullo.

Leni-



Longe hinc fuisse  
Hoc non vnde possit. Lepidus  
Ceteri quoniam nesciunt  
Aberrans / Quod non nesciunt  
Scapulae nesciunt  
Brama quippe. Non nesciunt  
Te flentibus non nesciunt  
Ipsa, longe nesciunt  
Oppugnare nesciunt  
Vt milites prout non  
Armenta nesciunt  
Effigiesque genitum nesciunt  
Vt non prout nesciunt  
Inde queritur i nesciunt  
Non sibi nesciunt, qui  
Quod Melius nesciunt  
Ponuntur non nesciunt  
Hoc tenetur nesciunt  
Me Partus nesciunt  
Italia, quae semper agit reges  
Evidenter frangere, Padi  
Quis propterea non nesciunt

Lenitur, Febrisque mei mala corporis hospes  
 Irrequia graui torquet mihi membra calore.  
 Decrescente die languor crescebat, & astus  
 Acrius urebat, vigilantia tedia noctes  
 Bis septem duxere mihi, totidemque diebus  
 Viscera continuo lethalis adusserat ardor.  
 Ipsa videbantur mihi strata, ac lincta flamas  
 Addere, & Aetnaum flagranti culcitra pondus.  
 Substrauit corium capiti, sedare calorem  
 Frigore sic tentans. Lauro Parnassi de cincte  
 Huc veniunt Helicone Deae, quatuorundique nouena  
 Lampade nocturnas flammis rutilatibus umbras  
 Has inter vultus peculans Elegia propinquat.  
 Celsior assueto, sociasque hortatur, & ambit  
 Alternum factura pedem, decimamq; videri  
 Se cupie & medias fallit permixta sorores  
 Procius agnosco Musas venisse, iacentem  
 Ut solarentur me, sed solamine egebant  
 Ipsa, languorem simul ac videre, grauique  
 Oppressum morbo mihi fata minante supra  
 Ut nil iam preter lethum sperare liceret,  
 Attonita mestis laxarunt ora querelis,  
 Effusoque genas lacrymarum rore rigarunt,  
 Ut mea sic repidis laurus reuiresceret undis.  
 Inde querebantur i medicam quod Delius artem  
 Non sibi tradiderit, qua possent ferre salutem.  
 Quod Medice inuenitor qui dicitur artis, & author  
 Paoniam non ferret opem, quam posset alumno  
 Hac teneris mihi docta cohors arrisit ab annis;  
 Me Parma natum varias duxitque per urbes  
 Italia, quascunque rigat regnator aquarum  
 Eridanus, flumijque. Padus quos exceptit alueo;  
 Qui prope Fossanum Vesuli de vertice manans

B Currit

Currit in Adriatum septena per osia pontum,  
 Perq; urbes, quas Tybris aquis praterfluit, albus  
 Narq; Anioq; Arnus, Tyrhœi & littoris umnes,  
 Adriacaq; ora, Venetus Leo quisque tuetur,  
 Quas Aquila Austrata, Eftensis, Gözagaq; feruæ  
 Quas Medicique Globi, Farneſea Liliaque Afris  
 Iuncta Globisque ornant, & florida vete perenni  
 Secta dedere orbi : noſtra hac decinere Camena,  
 Claraq; facta Ducum, fæſces & bella, triumphos,  
 Heroam laudes, clarorum gesta virorum,  
 Gentis Ateſtina præconia celsa, trophæ,  
 Arma Lodouici, iuſtum quem Gallia Regem  
 Vedit Aquitanos sternentem Marte rebelles,  
 Terque Caledonias iaculante fulmine clafes,  
 Inde ſubalpinis renonantem prælia campis,  
 Mantoigne diu ruitantem Principis orbes.  
 Moxque per Europam totam, terraque, Marique  
 Germanis, Belgis, Hispanis bella mouentem  
 Perpetuo metuū cecinerunt carmine Musæ ;  
 Ocnensque polo delapsa pacis in oras  
 Gaudia, Campani Vesuvia incendia Montis,  
 Cum procul Inſubrum ſpargens incendia bellis  
 Ferrea Mons peperit Ferratus fecula terris  
 Aonia dixere Deę mihi ; Nuper Adulphi  
 Regis Hyperborei gelida bacchantis ab Arcto  
 Pralia Theutonicos cum Caſare gesta per agros,  
 Et centum capras armis vicitribus urbes.  
 Mox Dantis Aurinda Cyriorū Regis honores,  
 Longus Alexander Princeps, quibus ante refulſit  
 Quo fatuus aquoreas Lucas moderatur habens :  
 Romulidū, Venetumque patrum, Ligurāq; potētū  
 Gesta magistratus, palmas retidere Camena,  
 Dandulae monumenta domus, gentifq; Sabelle

Ro-

Romuleo, Venatoque sumubcognitissimae claras.  
 Dardanidum gentes, datusq[ue] sanguine Regum,  
 Et modo calicolum crucis Regis, & alta,  
 Qui nostras proprio de leuis sanguine culpas,  
 Italicas ceperere modis, quibus mitte secundi.  
 Isacidum Regis psalmos, hymnosque canebant.  
 Ampibit astra gradu, struxere poetica multo,  
 Cænomanumque novos Longi pratoris honores,  
 Qui molles iustis moderatus legibus urbes  
 Iustitia pepiles, & cives pace beauit.  
 Charaque carninibus celebrante gesta Larimis.  
 Hinc mihi serpa comicus Daphnes fronde, sorores,  
 Qualis post Tberidis, dacte post Palladis arces,  
 Africæque datus Doctorum Canis pacrum,  
 Ferre videbantur & rictis folatia leshi.  
 Cum magis apes ferent ferialis ferta expessi  
 Assunt, quoniam non ambo decorare sepulcos  
 Carevendis laudam vocis, celebranteque libris  
 Edebat auctoritate adfatuos Metamorphos capitilis,  
 Indonectaque genens laxabae frana dolori,  
 Quod non lenificis brennari flammis parvis  
 Viderat, neque suos abrumpi monte labores;  
 Sed magis Aenias inter dilecta foreres  
 Calliope, qua gesta libris heroica mundat,  
 Qualis nomen mihi cecinit, dura mœbra valeret,  
 Diffimulans agro conceperem corde dolorem  
 His afferre mihi datus folatia cepit.  
 Macle animo, Laurenti, dimi cognominis, igne,  
 Quem Deus ardenti, velut murina, crata probavit,  
 Nunc imitare, lices, virtutem, rebus & alimento  
 Pectoris innicti, quo ferre incendia vivere  
 Ære superpositus valuit mandando Tyranno;  
 Eque pyra veluti Phoenix ardore renascat.

Sic ponis senium flammis Titanus aleo,  
 Mente reuolue rogum, dirum, eximile cubile  
 Vestibus intextum ferratis, are regenti  
 Compactaque instar cratis, cui plurimus ignis.  
 Subiectus diui Laurenti membra perusit;  
 Iamque vapor serpens per viscera viua, per artus  
 Strinxerat expressa sacrum pinguedine corpus,  
 Altius assurgit dum viscera pascitur ignis,  
 Imbuiturque sacro congesta hic pruna errore;  
 Ast ardens flammis Martyr melioribus insus,  
 Constanti superansque animo, paciunq; dolorum  
 Vincit crudeles calestibus ignibus ignes.  
 Elehat utque potest targenia lumina fumo,  
 Aetheraque aspiciens, flama velut immomor, ipse  
 Oblitusque sui celestia gaudia rotu.  
 Quo properat lethi secundis, petiore verfae:  
 Omnia vincit amor, quo prolem diligit unam  
 Numinis Aetherei, pro cœli nomine flamas  
 Has patitur, quacunque paci tormenta paratus.  
 Voluit ergo humana quantos pro genere dolores  
 Pertulerit Patris eterni sanctissima proles,  
 Ut generi humano clausum referaret Olympum,  
 Ablueretque suo vos victima sancta cruore.  
 Vulnera quanta tulit inueniens in corpore virgis  
 Casus, ergo horrificis redimitus tempora spinis,  
 Affixusque cruci plantas, ergo brachia tranco,  
 Atque manus ambas clavis terebratus acutis,  
 Transfixusque pedes crudeli cuspide vitam  
 Fudit, quam lato passum vulnere sacrum  
 Pectus aqua latices reliquo cum sanguine misit  
 Ipsi etiam flerunt Christi tunc funera montes,  
 Saxaque dura sua doluerunt scissa dolore,  
 Planxit, ergo infelito tellus concussa fragore.

Sol ferrugineo faciem velavit amictu;  
 Extinctumque suum florunt clementa magistrum  
 Authorem Natura suum plorauit adempsum  
 Morte sibi, Vitam doluitque incere sepultato.  
 Hac dum crudeli Laurentius igne crematur,  
 Cogitat hasque graves versat dum pectore parnas,  
 Ipse suos consernit ouans, superatque dolores,  
 Iucundo fructus sensu, gaudetque paruri.  
 Aestiuos veluis gelida si in valle calores  
 Propter aque rium, vel fons em propter amenum  
 Vitet, florigero vel si decumbat in horto,  
 Mollibus in pratis dulcem capiatue soporem,  
 Quin circumstantum lacrymis rorantia cernens  
 Luminis solatur dictis sua damna gementes;  
 Ne lacrymis tentare meas extinguere flamas,  
 Quas ego, proponens summi mihi gaudia caeli  
 Sponte, libensque fero, letusque hoc immolar igna  
 Victima celicolum Regi, pro crimine nostro  
 Qui longè grauiora tulit, nobisque reliquit  
 Exemplum, calcata sequor vestigia Christi,  
 Multiplicisque crucis speciem mihi ferrea crates  
 Ita refert, qua tollor ego super ethera ab igne,  
 Vetus ut Elias flammanti ad sydera curru.  
 Hasce Deus flamas immisso nubibus imbre  
 Protinus, & solo posset restinguere nubes,  
 Chiis ad imperium pueris insontibus olim  
 Ignis in Assirij Regis fornace pepercit,  
 Hanc ego sed precibus sortem, votisque rogavi  
 Ne Deus eripiat; nostri que meta laboris  
 Aeternam reddat nobis super astra quietem;  
 Est breue quod patimur; brevis ast non gloria celo.  
 Nos manet, eternum sed duratura per eum  
 Sic ait & tristi questos morte triumphos

Latus adit, summiq[ue] petis Capitelia Olympi.

Mortalem vitam cupiens auferre tyrannus

Acculit huic virum meliorum finis carentem.

Insontem sevis hunc ausus perdere flammas

Seruanit, cupidusque nocendi profuit igni.

Immortalis ei parta est in funere vires.

Dedecore est omniularus honos, excedere ratiophis

Purpureos indec proceros, qui sanguine fuso

Pro Christo mortuam meruerunt funere palnum,

Exclusique dicimiles mortuorum uero sedes.

Tu quoque Laurentii nomen cum manere natus

Dispensare potens discita formula mensa

Virtus enim duci, morisque imitare forendo,

Qua Deus ipse iubet re ferre incendia febris,

Illius exemplo proprios solare dolores.

His me Calliope dictis foliis iacentem

Absterrit conatur lacrymas Regina sororum,

Perfiditque meum mira dulcedine pedis.

Hinc ego caelitis flammis aconsu amoris

Optabam grauiora pari, morboque dolores

Vt Deus augeret, patiendi vimque petebam,

Qua uero ferre queam medijs fornaciibus ignes.

Protinus accessit sermone diserta Thalia,

Cui vigor ipse dedit nomen, floridique iuuenia,

Et dictis uero me sic affatur amicis.

Pone metum Laurens, non haec est ultima vita

Meta tua, sed agenda tibi maiora supersunt.

Quapropter tibi longa fatalis, ac vita perunda est.

Hanc tibi fac poscant duci, quos ipse patronos

Rite colis, meritoque pius venerari honoro.

Numinis hoc signidem maior fibe gloria pascit,

Id quo libens superum precibus regnator olympi

Concedet, cui sacra litas mysteriata arat.

Cum-

Ceteri sano tibi membra vigen. Sit concipa certa,  
 Haud tua præsidens timentia stolidus Parca.  
 Si diuos in viae rages, quos Longa propago  
 Edidit, ouerisque ardens ad sydera virtus.  
 Exemplo sic dico tibi Laurentia, cuius  
 Cognomen, namque refers, cion viuere inter  
 Mortales, oppresa diu, vexataque morbis.  
 Ex hanclo vita conceperis, pharmaça nulla  
 Tollere quos poteris, votis, precibusque salutem  
 Obtinuis, qua rite Deo famulata benam  
 In terris vitam duxit, multosque beatit.  
 Ignibus aeternis quos idem sifset Avernius.  
 Vt moueant exempla tua te Longe patente,  
 Cuius facta libens audis, manuque reposta  
 Mente, brevi Dine percurram carmine gesta  
 Illustris genere, atque omnis virtutibus ingens  
 Vicerat magnis Larvania Longa Iaannis  
 Insignis pietate viri, qui Regis Iberi  
 Conflijs clarus pulera Sirenis in urbe  
 Praefectus Catabri tractabat maura Regni,  
 Gente fatus Longa slarum cognomen ab Alba.  
 Et genus Iliacum decebat sanguine Regnum,  
 A Ioue Diardanis genitore supremo.  
 Chi regnare fuit Neptunis Troia, Latini  
 Vnde sati patres struxerunt manu Roma,  
 Patricijque fane liquere nepotibus Alba  
 Cognomen. Latij moderati scopula, secures,  
 Innumeros quondam Roma populare triumphos,  
 Postquam Tarquinias procul esse superbum,  
 Huncque redicentes Theskos cum Regi sagarnus  
 Quando Punicatos infidlos Marte reppressit.  
 Tullius, coctis decimo iam regibus anno  
 Longa ann. Regis superlati virtute tropa

Qui domitis triplici quondam certamine Thuscis  
 Alta triumphali scandit Capitolia pompa  
 Hic ubi Tarpejus illustria nomina saxis  
 Heroum descripta manet, aetique triumphi,  
 Que non Tempus edax, non inuidiosa Vetus  
 Ab rodens consumpsit adhuc, sed mera loquuntur  
 Saxa Magistratus, quibus hec domus alta refusa  
 Atilij Longi, qui primus in urbe tribunus  
 Consulis imperium tenuit, monumenta leguntur,  
 Hinc tria magnanimi gesserunt bella nepotes,  
 Marte Capenate, Veios, domuere, Phaliscos,  
 Eque Sybillinis petiere oracula libris,  
 Auertere luem cum Lectisternia primum,  
 Sulpicio defensa diu Capitolia Longo  
 Aduce quid memorem, Gallosq; ex urbe fugatos,  
 Atque triumphatos Samnites Marie feroces?  
 Consulibus quid gesta canam duo Punica Longis  
 Bella? triumphans de victis e quore Paenit  
 Volsonem Longum? Lybicas qui primus in oras  
 Transmissem Aquitas vittices intulit Afris?  
 Quid Semproniadē referam certamina Longi?  
 Qui Siculo Lybicas dissecit in e quore classes,  
 Romulides Hector Paeno congressus Achilli,  
 Annibali Trebie hostili vada sanguine tinxit  
 Mox Apennini radices, unde coegit  
 Ductorem Paenum retro discedere, victimum  
 Hannonenque ferum Lucanis finibus egit.  
 Quo centena tulit prostrato ex hoste trophae,  
 Haud genitore minor consul Sempronius alter  
 E domitis pugna Boijs, Gallisque subactis  
 Mille trophae tulit spolijs decoratus opimus,  
 Antiocho victa, Graias superauit ex alpes,  
 Cepit ex Herculeam claris cum menib; arcom.

Nec

Nec nimis effusit domitis Sempronius Aequis,  
 Et cum vicia dedit tellus Picena triumphum,  
 Quo pugnante solo tremuit concussa profundo  
 Templa venientia stetit. Roma qua victor in urbe  
 In longa struxit Cassiter Consulis ade,  
 Pantaleonis ubi sumant nunc templi, vetus as  
 Exquidias inter, venerandaque vincula Petri.  
 Nec Sempronius ad populos qui rexerit Iberos,  
 Ac Lusitanos indicuus carmine abibit.  
 Belligeras gentes hic Longa pace beavit,  
 Mox Tarcessacis alter, Sol occidit oris.  
 Dina genus trahit inde suam Laurentia, summa  
 Quam meritis claram virtus e quauit Olympo,  
 Laurigeris sed maiori quis Sempronius axe  
 Empyraeo fulget, sola qui voco liquavit.  
 Detestata fibi veterum simulacra Deorum,  
 Et taox profuso testaceus sanguine Christum  
 Martirij palma; lauroque decorus nubes  
 Aequauit summa pietatis laude triumphos.  
 Sic virtute magis, quam sanguine clara veluto  
 Gloria feminis sexus Laurentia pulcre  
 Parthenopes magnis decorauit mania gestis,  
 Virtutisque sua claris splendoribus Orbi  
 Illuxit, par Altag, que prima vagantes,  
 Atque rudes homines socialis manera vice  
 Edocuit, morosque nimis componere fluctus,  
 Iustitiam seruare, piis inducere mores,  
 Et placare Sacris Celestia Numina donis,  
 Que patrie sunt iura docens, que iura parentum,  
 Coniugijque fides, casco quis finis Amoris.  
 Non sicc Admetum coniux Alcestis amauit,  
 Manu solumque suum Carum Regina, sepulcro  
 Aerio testa viri post funus amorom,

Ut pia Longa virum, de domo cui gratior nomen,  
 Dilexit, pulchrosque parentes, sive lumina natos.  
 Idque Deo confessus p̄ij post facie mariti  
 Tema dedit, veluti Petrus responſa roganti,  
 Diligeretne virum, generosaque pignora, cūstis  
 Ornamenta sui, natos, virtutibus exctos.  
 Sic Sempronias quondam Cornelia Mater  
 In cultu natos numerosos, in doce triumphos  
 Coniuge defuncto spreuit conubia Regum.  
 Vedit ut insolitus humerū splendescere terris  
 Arbitr̄ umbrarum; tenebroſi rex Auerni,  
 Antiquumque noua Longam virtute decorem  
 Reddore pacatis Susurria ſociaque terris,  
 Inuidia exarfis, magis in que ſutoris. Erymanthe  
 Tisiphoneq; iubet ſuperne aſcordoko rei audire  
 Et Longa tenere nobem; ſanisque ministrum  
 Inflammare odijs, dominam quibus incitare pondas  
 Lethiferum mifcens vino, dapiſiesque venenum.  
 Nec moria praecipites imis è fontibus Orci  
 Erumpunt Furie, crinitas anguibas alas,  
 Atque caput per inione motens, quo parte Vesane  
 Eructat flammis, tornanteque ad sydera fulmum  
 Veluit inexhausto baratre, Scornio q̄e urbem  
 Inuadunt, Longaq; dominus, quā candida Virtus,  
 Almaq; Pax habens bona gaudia, caſta voluptas,  
 Religio, moresq; p̄ij, iam limina viru  
 Tartareo ſpargens Dirs, facibusque Ministrum  
 Incendunt poetus, dominam qua ferre monentem,  
 Carpenem vitiq; nequit, rabidumque furorem  
 Inspirant cordi, furialibus acta colubris  
 In ſcelus exardet, Stygiisque accommoda fraude  
 Dira venena parat lectis è gramine succis,  
 Vfa quibus Medea ferocx, & calida Circē

Dici-

Dicitur, & cum vita spatiasse tyranno.  
 Ast mutasse homines horrenda in quæstra ferarū.  
 Hec ubi Longa bibis lethali nescia fraudis,  
 A lauro qua norden habet pellente venenum.  
 Ima per offe fluere. & tibi corpore virus  
 Sensit, & exuri lethali viscera peste.  
 Sed quamvis inferro necem vis dira nequissimis,  
 Antidote fœci rabiem frenamus venenis;  
 Longa tamen, meliora Deus cui fata reseruas;  
 Vt diuina magis se gloria pandaret, egra  
 Amisit vires, artusque immobilis hestis,  
 Omnibus & tibi resolutis corpore nexus.  
 Membrorum caret officio, cruciata dolore.  
 Languet, & expedita superis medicamen ab oris.  
 Iam medicam dannarat opem, celeste repuseo.  
 Auxilium, Picena iubet se ad littora ferri.  
 Nec mora Laurentum dixi genitribus ad eadem  
 Lectio vobis genero comitante, salutem  
 Hinc sperans, ubi virgo Deum genitura parentis  
 Ex utero primum virales venir ad auras,  
 Mox ubi Virginei seruato flore pudoris  
 Diuinam sancto concepit numino prolem.  
 Hanc è Nazareis Galilee mensibus eadem  
 Numinis etherei insu per inane volantes  
 Cœlicolum vexere Chorè, longoque recursu  
 Histrorum petiere plagas, quos Cassius olim,  
 Edomuit consul Romanis inclitus armis.  
 Hic stetit alma domus Tersfacto ac Fluminis urbe  
 Proxima, colle super celsi, sed iurgia fratribus,  
 Quos auri scelerata fames in mutua ferro.  
 Excidia armarat, rixasque exosa nefandas,  
 Inde per aerios tractus ad littora venit.  
 Picenis habitata tuos super Hadria fluctus,

Atque procellosos sedauit in equore motus.  
 Lauretē sylvamque petit, mox strata viarum  
 Pacis amans adijs Piceno in latore tandem  
 Constitit; hanc colles, & laurea sylva virenti  
 Excepere sinu; cesserunt robora & ornī.  
 Hancque salutarunt submisso vertice pini.  
 Longa sacros ingressa lares, limeraque verendum  
 Cœlicolis prono veneratur poplite Diuam;  
 Et supplex lachrymis secum sic fatur obortis.  
 Hæc cine sancta domus, Genitrix ubi Virgo Tonatæ  
 Concepit, concepta prius sine originis ulla  
 Labe, parente Anna, veteriq; imperijsa culpe,  
 Primus in orbe parens hominū quā federe rupet;  
 Diuino commisit, eam generiq; reliquit;  
 Aeterni Solis nata hic Aurora reuexit.  
 Immortale iubar Mundo sub paupere tecto  
 Vixit digna polo regnare, & fulgore diuos  
 Cœlicolas supra summoq; propinquā parenti  
 Nil tibi nascenti Virgo nocuere penates.  
 Exigui, quratis trabibus non recta micasse.  
 O quoties fracto gemitu dum paruula vagis  
 Emodulata sonos, similes hac recta sonabant,  
 Sepe humilem dignata locum venere sub istum  
 Numina, sape lares hac inuisere verendos  
 O quoties capiti fecere umbracula pennis  
 Lustravutq; aliam choreis coelstibus edem  
 Nunc cunis famulata tuis capita inflectebant,  
 Nunc calathis veris fundebant lilia plenis,  
 Ipsa modo ad charam ridebas dulce parentem  
 In Cilici ceu nata croco vagâ purpura ridet,  
 Et modo virginis exurgens ubera labris,  
 Huius pro latie dabus libatis oscula mammis,  
 Nuncius huc Gabriel inopes intrare penates

# Laurentalia. 37

Iussus ab eterno retulit genitore salutem,  
Æua nomen Aue mutans, & numine plena,  
Et nuribus virgo felicior omnibus una.  
Diuitia superum cui se explicuere merenti,  
Dona Dei, & quicquid veiens sapientia Cælo  
Fert secum, & plenis exundans Gratia riuis.  
Authore hic rerum tactus ignara virilis  
Concepto, castum seruasti foeta pudorem,  
Vellus uti lana impenetrabile restitit imbris,  
Cū cirūstant grauibus reliqua humida nymbis  
Sic rubus est Moysi flamma crepitante cremari  
Visus, at ille so manse in stipite frondes.  
Hic tonieru medium veluti discedere cœlum  
Vidisti, simul auricoma circundata nube  
Sensisti, nullis est quod narrabile verbis,  
Numinis omnipotens in te descendere verbum  
Desuper afflatam leuiter spirantibus auris,  
Exiguaque tua Deus est inclusus in aluo  
Paruulus, immensum dextra qui librat Olympū  
Quique tribus digitis appendens sustinet orbem.  
Fortunata domus, primis ubi Christus ab annis  
Vagijt, atque pia blandus dedit oscula matri.  
Ipsa pares stellis libabat frontis ocellos  
Ore alterna flagrans dulci præcordia amore.  
O me felicem, cui recta sacrata subire  
Hac licet immerita, saxisque harere beatis  
Ore, manu, genibus, non me laquearia Regum  
Aurea, non ostro paries, auroue superbus,  
Non gemma, varieq; solum quod marmore fulget;  
Non me vel quicquid pretij maioris auaro  
Terra sinu condit, vel parturit aquoris unda  
Dedalea aut finxere manus capiattie, trahatue  
Plus latere exeso, plus nudo, ac simplice cultus:  
Paruula

Parvula quo domus hac superat regalia tecta.  
 Huic Deus ipse solo vestigia fixit, Iesu  
 sede sub hac infans lacrinx ab ubere matris;  
 Hic parvo magnas voluentem pectore curas  
 Aliger Empyrea stipabat ab arce farellos.  
 Authorem venetata suum coluisse feruntur  
 Hos dementa lares, dum maria foedera discunt,  
 Et certas seruare vices: his postibus altum  
 Submisit Natura genu, fascesq; supremos.  
 O dilecta Deo sedes, quam Tartarus horret,  
 Et Cœlum veneratur: ego si indigna sacratam  
 Tango domum, ne Virgo meis irascere culpis,  
 Quas abolere velim lacrymis manantibus ore,  
 O ter felices lacryme, quas ubere vena  
 Manantes hac faxa bibent, qua Virginis ante,  
 Mox nati pressere pedes; tactaq; sacrarunt,  
 Diua decus cœli, nostra spes unica vita.  
 Ne mites auerte oculos, frontemque serenam.  
 Aspice, languentes artus, miserare dolores  
 Assidue, quibus agra premor, resoluteaque membra,  
 Confirmata virtute noua, pietatis obire  
 Munera qua valeam, summo si grata Tonanti  
 Mens mea, ne iaceam telluris inutile pondus,  
 Aegrorum tu diua salus, pia vota precantum  
 Exaudire soles, summoque offerre parenti.  
 Hic ubi capta salus Mundi mihi reddere salutem,  
 Has cœli regina precas audiuit, & alnum  
 Protinus oravit natum, cui summa potestas  
 In Cœlo, terrisque data est, ut redderet agri  
 Amissas vires, agros sanaret & artus.  
 Iret ut in patriam donis cœlestibus aucta  
 Sanaque Laureti Laurentia ab ade redire.  
 Annuit omnipotens genetrici insta petenti,

Nec

Nec nostra sydereis, ut fama est Christus ab origine  
 Exoratus adit deua sacra tecla parentis.  
 Nazareis viuens coluit que sedibus olim  
 Et cum multis ibi mystes, qui sacra litaret,  
 Expertijque Longa diu quesitus adesset,  
 Opportuna sacris quod tempora lapsa fuissent.  
 Exemplo sancti patuere faceria templi.  
 Clausa prius, ne seruante fortes runc nemine mirum  
 Fama canit. Christus sacra ruelatus amictus  
 Ipse sacerdotum princaps, summisque sacrorum  
 Rex, auborgq; potens sacram procedit ad aram.  
 Ardentis luxere faces pedestralibus altis.  
 Virgo recte piam lugrat sub imagine genorum.  
 Ricibus insolitis, qui nulla lege tenetur,  
 Optabat quod Longa sacram generumq; regardet.  
 Vi sibi curares facientur, sponte sacerdos.  
 Eternus paragis, distincta quo verba iacenti  
 Dicta paralitico repeit, quemque surgete quondam.  
 Iussit, qd ad proprios cum stratis ire penates.  
 Hac repetita sibi reputans Laurentia morbo  
 Quippe laborabat simili, currende per artus  
 In scita virtute, nono sibi membra vigore  
 Impleri sentie, confurgit sana repente,  
 Et pra latitia lacrimas effundit obertas,  
 Innumerisque refert Christo, Mariaque parenti  
 Munera pro santo gratae, donaria templo  
 Addit, qd incolunis firmis uestigia plantis  
 Figit. Parthenapes repetenter manu. Longum  
 Plausibus excipiunt cives, loqiq; salstanti  
 Vxoris reparata salutis hilareq; maritum  
 Reddit, qd attonitū complete noua gaudia pectus,  
 Nec multo post fata virum rapuerat Ioannem,  
 Funera cui postquam persoluit iusta virago.

Non

Non aliud prater superum Laurentia Regem  
 Adscivit sponsum, summo & dilexit amore.  
 Nam velut flammis Laurentius ars' amoris  
 Aetherei flammande magis, quam cratis abene.  
 Igne superfositus flagraverit hostia amoris  
 Nontinis omen habens paribus Laurentia votis  
 Pectore concepit divina incendia flammae,  
 Exigida quicis hominum succedit corda, Deique  
 Lumine plena nigri tenebras discussit Auerni.  
 Thesauros velut illa sacros largitus egenis,  
 Terrenisque opibus regnum mercatus olympi.  
 Fundere pro Christo meruit cum sanguine vita,  
 Atq; coronatus lauro victrice, supremi  
 Celsa triumphator Capitolia scandere Olympi;  
 Sic fluvios manibus Laurentia fudit. Iberos,  
 Auriferique Hermi fulvias Gangis arenas.  
 Terrenas commutat opes celestibus, illas  
 Dum pia pauperibus donat, quas diuine sensu  
 Longa donans longis cum lauerat incrementis  
 Accepitque Deo vires, propriamque salutem  
 Corporis, & reliquum vita demouit, opesque  
 Hospitiumq; ingens curandis condidit agris,  
 Quo nullum res maius spectatur in orbe.  
 Hic agrotentum curam suscepit, obitque  
 Insanabilem, quo dura premebat egestas.  
 Et maleuada fames, varij morbi que, dolorosissimae  
 Vngebant, turbas ex omni stirpe locoque  
 Undeq; collectas summa pietate fouebat.  
 Vilia sublimi non dedignatur obire  
 Munera quaque manu, sub pauperis ore laurentii  
 Obsequium praestare Deo sibi visa, iacentum  
 Sternere nunc lectos, agrorum pocula labris  
 Ingerere, & dapibus refouere satubribus artus,  
 Ulcera

Ulcerata deterfa sanie curare, dolores  
 Lenire, & fessos solari, ac demere curas,  
 Ignitis gelidosq; animos accendere verbis  
 Auiaq; ad patrum conuertere pectora cœlum.  
 Forte per ardentes dum scrperet ignea venas  
 Et passim tetro vitiata cadavera morbo  
 Sternelerat atra lues, quam terris fuderat Q; cuius  
 Parthenopes latè populantem mania pestem  
 Non est passa suos unquam penetrare penates,  
 Sed procul hospitio, cui nomen turba virorum  
 Incurabilium dederat, diuinitus arcet.  
 Tertia ubi Maria Francisci signa secuta,  
 Militiamque sacram dederat cui nomina prideam  
 Diua laboranti fada contagé salutem  
 Restituit, sancta renocatq; ali munera vide.  
 Inuisensq; domi dictis vitalibus agros  
 Solabatur, opem rebusq; ferebat egenis.  
 Plurima languentum sanauit corpora, morbos  
 Expulit & tactu, precibusq; ad sydera fusis,  
 Assiduo concussa quibus vel membra tremore  
 Nutabant, tremuloq; gradu qui crura mouebat,  
 Ignea queis febris, vitiati aut corporis humor,  
 Vel quibus illunies membris immunda fluebat,  
 Ulcerane exesa serpentia carnis hiabant,  
 Vel tsumafacta quibus rabie praecordia, & acrem  
 Insincera sitim miseris excinerat alius,  
 Queis rigor immotos stupidus sponerat artus,  
 Quosue animis captos agitans vexabat Erynnis,  
 Vel quos obstrusi nulli ius cognita morbi  
 Versabat strato miseris difusa per artus.  
 Sed prius enumerem, vasto quo in equore fluctus  
 Spumescant, humiles quot inuidet flumina capos,  
 Quam quot opere vario morbo languentibus egri

Dumas

Diua tulit, quoniamque validos, hilaresq; remisit.  
 Solis ut ad mensam, cunctis qua rebus abundans  
 Fertur, ad hospitium Longa vaga turba fluebat.  
 Aegrotique inopes, & cunctis rebus egentes,  
 Auribus, aut oculis capti, lingueue carentes  
 Officio, imparibus nonnulli cruribus ibant,  
 Et quacumque via se Longa ferebat egentum.  
 Opperiens hanc turba frequens per strata iacebat.  
 Hac miseris præbebat opem, tornacitis, aureas,  
 Plenaque muneribus, manibusq; simillima spœs?  
 Celestis manus lñius erat, qua libera dona  
 Spargebat, varijs nec tantum corpora morbis  
 Aegra, sed insanae vittorum peste labantes  
 Curabat mentes, scelerum tenebrisq; sepultos,  
 Ad lucem reuocabat, amans quam Rector olympi  
 Sancta dedit nobis vite præcepta gerenda.  
 Sepius hac iustam diuinæ nimicis iram.  
 Auferit sapplex pulchra Sirenis ab urbe,  
 Siue blandas, venalia corpora questru  
 Hicita Veneris, Circes nona monstra nefanda,  
 Ad castos mores, vitamque reduxit borestant.  
 Perteras scelerumque lupas, rurisque prioris,  
 Inq; pudicitie poscas discrimine sacris  
 Inclusit claustris, que religiosis amore  
 Ande fuit, & q; sumptus posuit, diuinaq; sacra.  
 Coniugio stabili incognitos deo natus egitur,  
 Et si quis ganeis abducere scortar coquirit,  
 Ita die Veneris Venere invadixit, & ampha  
 Ite scortarentur stipendia solent, honore  
 Ide cruci affixi hati infia mercede redempti,  
 Sapientiam patiens ieiunia longa solebat  
 Duxero parca Ceres vltum præbetac, & uida,  
 Strata dabimur tabula sponte vestigia animata.

In-

Instituitque preces, & sacra piaenla nocte  
 Rite ferenda: Deo pro manibus igne piandis,  
 Subsidium quibus ipsa frequens pietate ferebat.  
 Iussit & indici Nolani pulsibus &cris.  
 Hunc modo Christicole morem ritumque secutæ  
 Indicunt sub nocte preces exterribus altis  
 Ter termis Campana sonant tintinnibus era.  
 Ut Deus inferno defunctos libet igne,  
 Quos abolenda tenet labes purgante sub Orco.  
 Hospitibus Longe paregrinosq; ampla patet ebanæ  
 Tecta, quibus patres, quos dixit ab urbe Telmo  
 Ipse fidelitatem sacri fundator, & author,  
 Moxque cuculligeros deuinctos fune fadates.  
 Assisiq; patris vestigia sacra secutos  
 Aethere cœn missas, & amicos Longa Tenantis  
 Excepit, iussitque prior considera in urbe  
 Paxthenopes, illis proprias concessit, & edes  
 A stabulo dictas, noua cœn presepio Christi.  
 Euphobi templum Francisci cessit alumnis.  
 Quam superis accepta forent, quam grata Tonati.  
 Gestæ pie Matris, miracula crebra probarunt.  
 Victa quibus natura suos submistera fasces  
 Sepe coacta, suas vires confessa minores.  
 Dona laboratæ Cereris Laurentia sapo  
 Celitus obiunxit fidei virtutæ potentis.  
 Ac velut e Cœlo prisci accepere cadentem  
 Isacide mannam, deserta per iniua gressus.  
 Dum motarentur, sic Longa recentibus olim  
 Panibus inspleret meritis diuinitus, arcana  
 Quam vacuam reperere prius stupore refertam  
 Mox Cerere ancille iusse largiorer esca.  
 Sic gemini mali, quos nullus ductor agebat  
 Sed qui per cornos alii demissæ erat.

Eliæ.

Elia, ac Paulo primis cultoribus escam,  
 Annona in Longe hospitio vexere carenti;  
 Forte ministrorum culpa cum nulla manerent  
 Tunc alimenta domi, quibus ager catus egebant.  
 Aemula Romulea Paube Laurentia, parque  
 Birgitta meritis Solymas invisere terras,  
 Ex quo Nazaream lustrarat Virginis adem,  
 Et Christi cupiens cunabula sancta tueri,  
 Et tumulum vite venerarier, oscula saxis  
 Figere, quia superi seruant vestigia Regis  
 In melius vertit consilio numine votum,  
 Namque Dei monitu solido de marmore templi  
 Diuipara Matri Solyma de nomine dictum,  
 Canobiumq; suis opibus construxit in urbe  
 Parthenopes, ubi prifica sequens vestigia Clara  
 Assisij diuina patris vexilla sicut  
 Virgineum cætum, quo nullus sanctior orbe est,  
 Legibus instituit sacris Antistita perpes  
 Pharnesij iussu sacras moderantis habendas  
 Claviibus, & Petri postes referantis Olympi  
 Inde propagari cepit sacer ordo per urbes  
 Italie, quem Diva polo tulit auspice terris,  
 Innumeratasq; Deo peperit, pia germina, proles,  
 Hinc Capuccinarum quas sic dixere, Sororem  
 Religio crevit, nomenq; quod exiit Orbi  
 Viribus exiguis primo, maioribus inde  
 Auspicijs nullaque fitum minitante senecta  
 Aeternam recipit ventura in secula famam.  
 Sacra ministrabat Longa, socijsq; Teneus,  
 Ille Teatini catus moderator, & author  
 Cui nomen Caieta dedit, Vicetia patrem,  
 Abditasq; humavis mysteria sensibus idem  
 Sepiis auditis Maria ex sermonibus haust

Sen-

Sensaque percepit sacris abscondita carthis,  
 Hauserat absque libris qua numine Löga docente  
 Inde Tieneo clarus pietate Liardus  
 Succedit, cui plena Deo Laurentia mira  
 Fatidico cecinit venturi præficia, diras.  
 Bellorum flamas, atq; impendentia dannata  
 Parthenope, ardentis nimiumq; propinqua Veseni,  
 Aemulaque Aetnais incendia sape ruinis.  
 Abstrusas hominum sensus, q; mente reposa  
 Lumine diuino perfusa videbat, q; hostis  
 Tartarei insidias, atque ignea tela Draconis.  
 Et Stygias acies repulit cœlestibus armis.  
 Nocte, dieq; Doum precibus, votisque rogabat.  
 Sapius affari dilectum visa Tonantem,  
 Et Christi notas audire, q; reddere voces.  
 Mente subire polum, superosque assueta recessus.  
 Empyreiq; frequens penetralia cernere Olympi.  
 Humanos extra sensus arrepta, caducas  
 Resq; oblitia hominum cœli super atria monte  
 Ibat, diuini pragustane gaudia Regni.  
 Videlit ibi arcana, qua non humana referre  
 Lingua potest, ocido nunquam subiecta, nec nini,  
 Qua vix aetherea mentes cœlestibus oris  
 Enarrare queant, illi commercia Cœli  
 In terris aderant, quoties sub nocte silenti  
 Sola reperta, preces tacito dum funderet ore,  
 Visa ab humo sublata leues pendere per auras,  
 Ex terris librata nihil debere reliftis.  
 Non socus ac aurum regina liquentibus auris  
 Summa tenet, solem dum fixo lumine cernit,  
 Hinc hausit viuens olim mortalibus oris  
 Lucis inaccessa iubar, immemorabile lumen,  
 Nomen ubi posuit sublata nube sueri,

Cuius

Cuius ab aspectu cælestia regna beantur.  
 Hec spæciosa diu in orbis,) quos passa libenter,  
 Constanterque Dei causa) velut ignibus aurum  
 In terris vitam dignam cœlestibus egit.  
 Palmaque ut aduersa mole inclinata recumbit,  
 Pressaque ponderibus vitrix euadit in auras;  
 Haud scis aduersas vires Phlegethontis iniqui  
 Contempsit virtute potens Laurentia lauro  
 Digna trinmphali, quodque illi publica cura  
 Imposuit pondus forti luctamine vicit.  
 Omnia vincit amor cœlestis, cuius ab igne  
 Saucia languebat summi pia sponsa Tonantis.  
 Ah quories illam cœli pius ardor adegit  
 Intima ab accenso suspiria cordæ trahentem  
 Tingere pallentes natu mortice malas?  
 Ah quoties inter suspiria decidunt ros  
 Labitur ubertim, gemitoque ex fonte liquatum  
 Cor fluit in lachrymas, & dulcia metis amictis;  
 Murmurâ lingua dicit, vocisq; endemis imago  
 Interrupta sonat, blandisque impensa stuporis  
 Dilecti repetit venerabile nomen Tescio?  
 Sub facrä Cereris specie quem dina frequenter  
 Esuriens Cœli panem sumebat ad apes,  
 Eque sacerdotis manibus vitalia lita  
 Accipiens verbis his affabatur Iesum.  
 Tunc igitur, cui iure pari concessit ab ego  
 O! bém regnandum Genitor, cui machina Cœli  
 Tota batet, breuiorq; tamen, quā que potis ample  
 Te Domnum clausisse finu, tu quālis olympos,  
 Et quantum frugis sub nube reconditus arctu  
 Hic ades? indignam dignaris munere tanto,  
 Quo nihil aut vermis sum vili e puluere cretus,  
 Tu sacer ille aries, quē quondam vidit Abramus

Sup-

# Laurentalia. 47

Suppositum naci iusontis pro cede parata.  
Tu vetus ille agnus, quem gens epulata quotannis  
Cum festinata Cerere, atque agrestibus herbis  
Mandebat, su libaa sacros lectissima in usus.  
Tu mamma è Cælo veniens errantibus, esca  
Dulcis & optatos referens cuique ore sapores.  
O nostram miserare famem, miserare labores  
Vno cum satires tot Diuina millia verbo  
Alitum celestum acies, super ethera quanta  
Cura tibi est, qd quantus amor, tua viscera nobis  
Vt dones epulanda, cibum, potumque salutis  
Tu volucris nempe illa, tuo que sanguine pullos,  
I'scriteribusq; suis terebrato pectore pascis.  
Salve vita hominum, non enarrabile munus,  
Per te melliflue rorant dulcedine mentes,  
Cordaq; inexhausto mellis torrente redundant.  
Teg; oculi, sancti nobis da pabula amoris  
O amor, o nostris animis sincera voluptas.  
Discute luce tua tenebras e pectore nostro,  
Farque cor ut nostrum rediorum mole refusum  
Multicolor pīs imitantur becc columbas.  
O utinam superos anime domus induat ignes.  
Inque tuas abeat flamas, ut vertitur ignis  
In faciem, viresque nouas quodcumque calenti  
Turbine corripitur: rapiente incendio amoris.  
Et me Christe tui, si non indebito posco,  
Transfer in effigiem; nobis tuq; omnia supple  
Nos ubi deficimus, tua nos presentia firmes.  
Te vigeat presente omnis fiducia nostra  
Solis nota pīs vulgi inconcessa voluptas.  
Diuinis gaudens epulis fac ethera mente  
Concipiam, subitoq; omnem mihi corripe sensus  
Inque tui aspectu liquido ardens corde quiescam  
Affere.

*Affere me Cœlo, dum te sub pectore condo,  
 Eripe me vincis, & libertate perenni  
 Me dignare poli, me cœtibus adde beatis.  
 Talibus affari dominum Laurentia verbis  
 Consuevit gaudens cœlesti accumbere mensa,  
 Ardentemque animam diuina in viscera mentis  
 Interiora vocant, stabatque immobélis artus  
 Ac si functa foret vitalis luminis aura,  
 Qualiter imbriferi degens in vertice montis  
 Deficit exanimis vixq; amplius aera carpit,  
 Hunc penes horrisono si decidat ethere fulmen,  
 Inque ipsum transfusa Deum Laurentia viuit.  
 Non viuit tamen ipsa, Deus sed viuit in illa.  
 Cœlesti ambrosia, diuino nectarē mentem  
 Illa velut corpus dapibus pascebat inemptis.  
 Vnde magis flammis Diuini ardebat amoris,  
 A quibus, ut Phœnix vitali ardore perusta,  
 Solis ab aeterni radijs renouatur in euum  
 Letatur moriens, iterum festinus ad ortum  
 Funera vitali mortalia fœnore pensat,  
 Aethereas porro ad fedes Laurentia carnis.  
 Vsa satis laribus tam pleno pectore anhelat,  
 Quam cui Iudeas votum contendere ad arces,  
 Perq; urbes Pharias iter haurit, & urbe Canopæ  
 Parthorum iaculis, contortoque oxyor igne  
 Currit iter, votasq; volans festinat ad oras.  
 Ardētem fragiles artus, & corporis agri  
 Linquere pondus iners Longam, celoquo potiri  
 Iam dudum meritam cœlestia regna beatas  
 Translulit ad sedes perfusam luce perenni  
 Rex Cœli frontemq; illi diademate cinxit  
 Christus, & eterni concessit gaudia regni.  
 Aethereo exceptam solio dignantur honore*

Omnies

Omnes cœlicola plaususq; ardente canoras,  
 Exercant plectro cytharas cantusq; celebrant,  
 Haud secus eximitur dira dum sede Leonum  
 Faridicus Daniel, & prima redditur aula,  
 Florentem nulla temeratus labe iuuentam  
 Applaudunt Ciues, magnis, & honoribus auctum  
 Suspiciunt, gratantur ei, gaudentq; salute  
 Haud secus euicto remeans Golliade Pastor  
 Attonitam Solytum stipatus milite in urbem  
 Vadit ouans Cytharaq; sonant. Super atria Cœli  
 Birgitta nunc Longa sedet Pauleq; propinqua  
 Haud virtute minor, meritisq; equalis utrique  
 Primorum vel digna patrum transcendere metas  
 Lucis inaccessa diffuso lumine fulget,  
 Quasque preces longè fundebat nuper ad auras,  
 Nunc patris eterni, quem cernit, fundit ad aures;  
 Vreg; post obitas clades, orbitq; nocentis.  
 Exilia, & Stigij depressa insignia Monstri  
 Illic perpetuum titulis florentibus suum  
 Cœlicolum sociata choris agit athéris oris  
 Sic hyemem post edomitam, secundaque nymbis.  
 Tempora, florenti letatur sydere mundus  
 Solibus hinc multis, cunctisq; nitentior astris  
 Affulxit Maria paulò post funus Aerba;  
 Quam Christo peperit monitis cœlestibus olim,  
 Contempto mundi fastu, rebusq; caducis,  
 Ardua terrarum dum linquere mente iubebat,  
 Quam breuis ostendens hec sit morealis ad usus  
 Conditio, quam nos fluxos natura creauit,  
 Suadebat contra vulgi communia vota  
 Temnere dinitias, periturosq; orbis honores,  
 Et nihil humanis animo confidere rebus.  
 Ergo pios monitus, vestigia sancta securè

C Ter-

Termuleanorum Domine Laurentia claris  
 Circumfusa caput radijs, diadema frons em  
 Cincta, iubaque alnum diffundens corpore toto  
 Apparet, mortisque diem prædicit, & annum.  
 Nec dictis est vana fides, nam tempore longè  
 Prædicto felix Princops mortalius eris.  
 Decedit, regnumq; petit sublimis Olympi.  
 Altera post obitum Longa se vulnerat aëris,  
 Cum tumulo possum Dñe venerabile corpus.  
 Quod non rabi dies illa viciarit, odorem  
 Cœlestis viola spirans, auctumq; capillis.  
 Nec non ungue nona dicta mirabile, in amplam  
 Sarcophagum migrat, mox cœnacis sepulcro  
 Bracchia protendit, populo mirante, Duciq;  
 Termuleanorum corpus complectitur arte.  
 Qua tumulo moriens se condit iussit eodem,  
 Ut, quo videntem terris dilexit, amore  
 Exciperet sociam vitali lumine funtam.  
 Sic tumuli in partem Martyr Laurentius ignem  
 Pro Christo passus Verrano conditus agro.  
 Excepit Stephanum Solyme decus urbis, & orbis  
 Defunctis eadem fuerat qua gratia viuis  
 Durat, amorq; idem, viuit post funera virtus.  
 Diva corpus adhuc viola fragrantis odorem  
 Exhalat, quam summa colunt viridaria cœli.  
 Illius ad tactum languentum multa salutem  
 Membra receperunt, Erebique e limine plures  
 Erepti vitam referunt tibi Longa receptam.  
 Reptilia astrotum dñe caput ultera sanat,  
 Que sanare nequit medica Pedalirius arte.  
 Hinc Longa tumulum in gremio Sirenis amata  
 Pauper aquæ, diues fama Siberhus adorat;  
 Adiungetque dies tandem properantibus annis.  
 Quando

# Laurentalia. 51

Quando augusta manus, lectiq; ex orbe Senatus  
 Purpurei proceres, secreta indagine ritus  
 Cura quibus munire sacros, abolere profanos  
 Incumbit, populisq; nouos inducere fastos  
 Inductam sancto te dignabuntur honore  
 Cum triplaci carus cinctus diademato crines  
 Romuleus pastor, Petri successor, & hares,  
 Arbiter & Mundus qui subiicit omnia dextra,  
 Diuus Palestinis addes tua nomina fastis,  
 Pilataq; thuricremas simulacra colenda per oras,  
 Et niveos stauet divina frugis honores,  
 Tum dines decorum magno certabit Olympo  
 Aemula terra tibi, sumabunt sempla per orbem,  
 Ad tumultumq; tuum concorrent undiq; gentes  
 Quas pinguis fecunda solo Campania nutrit,  
 Te populi lataque colent, qui Massica, quique  
 Vfentem sardumque bibunt, qui secca Tanagri,  
 Quique habent rigui felicia culta Galesi,  
 Quos Atina potens, quos fertile pascit Aquinum,  
 Quas Praeneste vetus, quos mater Aricia & Alba  
 Quosque suburbanis verna Ardea mittit ab oris,  
 Oppida Samnites clari montana relinquere,  
 Sulpicius Consul Longus que Maris subegit,  
 Quod domuitq; ferax Latys Sempronius armis.  
 Et qua Romana dulcis ex urbe colonis  
 Impleuit Consul Sempronius, atq; Triumvir  
 Fulvius, Aeneada Longa cognomine clari  
 Spontemq; ferente max thura Sabea sepulchro,  
 Et meliora tibi, quam Laurentalia sacra,  
 Romalem altrici, statuere de mera Quirites.  
 Hinc quantum Longa quondam petuisse salutem  
 Corporis agnotos resoluta profuit artus  
 Cernere Longa potes, si quidem nec tanta tulisset.

B 2 Nec

Nec tam præclaris, nec tam sublimibus actis  
 Numinis eterni famulata fuisset honori;  
 Vnde sibi ac multis cœlestia regna paravit.  
 Reddita depulso merbo nisi sana fuisset;  
 Attulit innumeris ast que sanata salutem  
 Hanc quoque Longe tibi reddet Laurentia, cuius  
 Inlyta Niliacis mandasti gesta papyris.  
 Hanc pete, & accipies, adorit tibi diua roganti,  
 Ne dubites, viresq; tibi mox reddet ademptas,  
 Inde tuos potoris iustos complere labores.  
 Hisce Thalia mihi verbis peruafit, ut ager  
 A Diua auxilium peterem cognomine vita,  
 Dixerat, & reliqua dictis plausere sorores;  
 Mox Semproniana spectarunt phalisa Longi,  
 Picta meo videre Deę qua fortitudini  
 Carminibus tum scripen meis, placet illa referre,  
 Herorum qua gesta canit præclara, Cumena;  
 Ut me quem norat simili gaudere Poësi  
 Consolaretur, curasque aerteret egras,  
 Importuna mihi quamvis tunc ista putarem,  
 Quem grauiora mea premerent discrimina vita.  
 Submissa sed voce canit, fastidia nobis  
 Ne croet, ut Longus certamine vicit equestris  
 Fuderit Annibalis turmas Phætonis ad amnē,  
 Romulida qui tela vibrans Iouis armiger ales  
 Fulmina Tarpeio longè insculatus ab axe.  
 Punica fulminei ter fregit tela furoris,  
 Ter Simoenta Pado, Xanthum Trebieq; cruentis,  
 Fluctibus aquavit, Troianq; castra Latinis.  
 Soluerat Ausonias Poenorum incursibus oras  
 Cum Siculo accitus per cerula longa Peloro  
 Ad Trebia venit fatis urgentibus amnem  
 Longo errore via Ticini ad littora fracto

Sci-

Scipiada latus opem, cum milite fesso  
 Constitis q̄ Trebia positis trans flumina casris  
 Proxima Gallorum populantes predia Poenos  
 Aggressus primum certamine fundit, omisso  
 Et spolijs spoliat, pradisq; recentibus hostess  
 Annibalemq; suis effuso Marte ferentem  
 Auxilium terrore fugat, fugientibus instat  
 Fulminis instar agit, sternisq; premitque ruentes,  
 Qualis in aduersas quercus si quando procella  
 Incubuit Borea gelida bacchantis ad Arcto.  
 Oppositusq; Notus conspires prælia miscens;  
 Frondea testa gemunt, ramique furētibus Auctis.  
 Dant gemitum attriti, concussaq; plurima cāpis  
 Glans cadit; ingentes aulso stipite trunci  
 Labitur, pereunt hostes, quot q̄ horridus Auster  
 Decutit arboribus frondes, aut nubibus imbris  
 Deiicit, aut volvit fluctus, aut torquet arenas.  
 Consulis Atilius cognati signa secutus  
 Inclitus, q̄ domitis olim Sempronius Equis,  
 Picenisqua Sophus, iuris prudentia nomen  
 Cui dedit, Alba suum cognomen Longa vetustam  
 Cassius, Aurelius, Pompeius fulmina belli;  
 Sulpiciusq; iugens Poenos victricibus armis  
 Prosternunt, aciēq; metunt, mediumq; per agmen  
 Limitem agunt quocunq; volant, nec tela, nec enses  
 Intrepidi metunt; Poenos dare terga coactos.  
 Magnanimi proceres urgunt, quos Brixia mater  
 Auxilio misit fortissima pectora bello,  
 Hos Semproniades Aquilis victricibus addens  
 Herculea gentis spectato robore, q̄ ausu  
 Amphitriona magni monumenta parentis  
 Pro Clypeis pictos iussit gestare Leones,  
 Quos Longi gessere prius, quam menia Roma

Poneret ad Tyberem Remo cum fratre Quirinus.  
 Romulidum primis victoria faverae ausis,  
 Cenamatum vicitus virtute, ac viribus hostis  
 Insidias parat, atque dolos componit, & astu  
 Callidus incacos inuidit mane Latinos,  
 Marte facigatos, mule quo labore viarum,  
 Leiuosque diu, quos nulla refecerat esca,  
 Prigore constictos, madidosq; calentibus igne  
 Atque cibo Poenis, aleoque florente peruvatis,  
 Quos intempesta pugnae dux nocte pararat.  
 Vix Aurora polo surgens dimoueras umbras  
 Nobis, & albenti consperferas aethera luce,  
 Improvisus adest cum Poenus, & agmine fulvo,  
 Et iactis iaculis è castris elicit hostem  
 Dux equitum Mago Romanos Marte lacessit,  
 Moxq; fugam simulæ Numidarum more sequentes,  
 Trans flumen ducit nocturnis imbris ædium  
 Romuleos equites, hostili fraude redita.  
 Hos remocet Consul nimis qui laudes auras.  
 Mensus ab aeneo reliqui distinximus bellum,  
 Impatiensq; morte, stimulant dum prospera rectum  
 Arde inire nimis, socius sed Scipio pugnat  
 Detrectat, grandora timens sibi vulnera primis,  
 Longus ac assuetus palmis vietricibus heros,  
 Quem non mille acies, non mille pericula bellum  
 Deterrent, quis ductor, aie, quis territorum urbæ  
 Iæ superest consul? quanæ altera restat in armis  
 Sicania? En omnes Latie, Damni que ne poteris.  
 Cenamatumq; manus adsunt, & prælia poscent.  
 Quod cupiunt omnes, unus collega moratur,  
 Tristius agrotans animo, quam corpore Consul  
 Consilioque carcer, senio, ac merore fatisfcit.  
 Nos intra Italiam, vel casera timobimmo hostes,  
 Quos

Quos nosxi domuere patres Cartbaginis alte  
 Menia pulsantes? quorum captiuua triumphans  
 Manlius adduxit Longus tot millia in urbem,  
 Nasne solo patrio pelli patiemur, ibero  
 Exclusi, qd nostra vittores urbe potiri,  
 Quos modo parta docet vincere vittoria posse?  
 Dij prohibete nefas tantum, vel dedecus armis.  
 Ausonia, meliora iuuat sperare, nec usquam  
 Cedere, vos socij fidissima pectora Martis,  
 Qui mecum. Siculo viciissim in aquore Poenos,  
 Nunc terris maiora manent ex hoste trophya,  
 Si faueat fortuna meis non invida captis,  
 Quarre agite invicti, mecum grauioraq; pressi  
 Adversus Poenos, vos acri accingite pugna.  
 Me duce de Poenis iustas exposcere poenas  
 Tempus adest, siquidem nos ulro prouocat hostis.  
 Ne Larinius vallo miles debere salutem  
 Fas putet, nra clausas pulsari cuspide populi.  
 Ite, aperite viam ferro, vos fortia fortis  
 Facta decent, ignava alij sint otia cordi.  
 Quorum preclarę nullus precordia laudis  
 Tangit amor, nulla ad magnos spes suscire angus.  
 Infelix animę viuas, natq; salutem  
 Accipiam refaras, pugna cecidisse decorum est,  
 Aut vitam patrie pro libertate pacisci.  
 Vos ò Canomani quorum vicina teruninx  
 Arua, flagranteq; dia Libycis populatibus agri,  
 Indote, si dignum patria, si sanguine prestans  
 Robur inest vobis, totis nunc viribus arma  
 Sunite, qd è vestrīs depellere finibus hostes,  
 Herculeumq; genus, viresq; ostendite factis.  
 Hac ubi dicta dedit Consul, volat aggere aperto

G 4 Primus,

Primus, & armipotens animis Deus incidit ardor  
 Bellicus, armigeras accendit in arma cohortes,  
 Tunc simul are cauo sonuerunt classica Martem,  
 Raucus & increpuit stridenti murmure clangor  
 Romulei erumpunt equites, peditesque sequuntur,  
 Quo Consul clamore vocat, quatit aura comantes  
 Cassidis auricomata cristas, humeroque resulget.  
 Sanguinei patrium saguli decus, emicat auro  
 Vestis, & Herculeum pratendunt signa Leonem  
 Inuictis manibus, fasto & victoris abeno  
 Frustra luctantem pedibus, cæloque minandem.  
 Hunc ascendente Clypeo gessere nepotes.  
 Irruit in Poenos Consul, quaque obuia densos  
 Arctat turba globos rumpens iter aquore fertur  
 Ac velut horrendum currens per nubila fulgur,  
 Obstantes aperitq; manus, densasq; phalanges  
 Incerto terrore fugat, mediumq; per agmen  
 Sternit iter, Poenosque metit mucrone cruento  
 Nec secus, ac messor flauentes inter aristas  
 Obuia quaque secat, qualis vis dira corusci  
 Fulminis, & dira rapientis cuncta procellæ,  
 Quæ nemus umbriferum sape ab radicibus imis  
 Sternit humi, secumq; rapit tecta alta, domosq;  
 Haud aliter quacumq; furens premit agmina Cōsul  
 Dissipat hostiles inuicto Marte cateruas,  
 Perculsaq; ruit trepida formidine turmas  
 Protinus immisis exercitus omnis habentis  
 Urget equum pressis calcaribus, ille repente  
 Currit in obstantes, & pectora rumpit,  
 Marte furunt acies, peditem pedes obiuins urget,  
 Atque equitem congressus eques, clypeiq; resultat  
 Impacti clypeis, collucent fragmina arena.  
 Fercussa resonant galæ, strepit ensis acumen  
 Ictibus,

Idibus, & sonitus vasto circum undique campo  
 Intonat armorum, bellantū it sanguis in amnes.  
 Horror ubique ingens, oriturque miserrima cedes,  
 Corporibus sternuntur agri, fossaq; redundans  
 Sanguine, & arua natant effuso plena cruento.  
 Excusso equites equus, & super arma volutus  
 Aerisoni Dominum pedib. proculat, & hostem.  
 Armaq; corporaq; & miseranda in cade virorū,  
 Semianimes volvuntur equis; tremit obruta tellus  
 Grandine missilium, iaculis sylvestris acutis.  
 Fit cedes, & ostesque ruunt, urgentq; premuntq;  
 Se se mixta acies, & coeco Martis amore  
 Incerte fluitant, vel turbine mentis adacta.  
 Neutra tamen penitus cedit Pars, utraq; pugnat.  
 Vtraq; persistit, non deficit ardor virique,  
 Pugnat ubi Consul glomerare incendia belli  
 Visa cruentato sauit Bellona flagello.  
 Cynthius arcitenens lathalia spicula vibrat,  
 Fortis Atlantiades Cyllenide dimicat harpe,  
 Amphithryoniades nodosum robur, & arcum  
 Sollicitat, clypeo sauit, Marsq; ense cruento.  
 Non mihi ceteris resonent si vocibus ora,  
 Tot cedes narrare queam, quo dextra magni  
 Consulis, aut contra Tyria furor edidit ira.  
 Talis Bistonis latè Gradius in oris  
 Ossibus albenes, & eentes sanguine campos  
 Belligerosq; premit currus, telumque cornescit.  
 Sternit & aduersas horrenda strage phalanges.  
 Dum ridet Bellona, videns laniata rotari  
 Membra & nodosa caput à ceruice reuulsum  
 Aera per vacuum iactari, & brachia, & armos,  
 Disiectosq; pedes sine nomine corpora trunca  
 Annibali congressus Eques noua prælia miscet

Longus, & obstantem ferro premit, ungat, & infiae:  
 Fulminis instar agit, tanto si fulmina Caslo  
 Diffulet tonitru, quanto Dux turbine Poenum  
 Alter ut Aeneas Turnum, vel ut Hectora Achilles  
 Obuius ense quat, quatiturque per aera credas  
 Ismarē, aut Rhodopē cōcurrere, & Ossan Olympo,  
 Aut maris Euxini tumidis Symplegadas undis  
 Concursare putas, Cœlum miscere, solumq;  
 Fulmineo mucrone latus Sempronius hostis  
 Perstringit socio compensans vulnere vulnus.  
 Scipiade inflictum, pugnaq; recedere cogit.  
 Exoritur plausus, vīctor q; Latinus ubique  
 Clamat, Consulē quamvis flos inuidū magnis,  
 Umber, hyemsq; rigens, tempestasq; horrida cœlū,  
 Noxq; superne mōns vītricia ferta merenti.  
 Abstulerint, fessusq; via, pugnēq; labore,  
 Ieiunus, pluviāq; madens, & frigore pressus,  
 Parq; animis hosti miles, sed viribus impar  
 Post Elephantum ferro prostrata gygantum  
 Corpora mole graui celsas equantia turre  
 Deserit infractus pugnam, pars castra requirit  
 Inclusa vadis Trebie, mediumq; per amnem  
 Imbris effusis, niuibusq; cadentibus auctum  
 Dum natat, armorum depresso pondere miles  
 Mergitur, & gelidis vitam deperdit in undis.  
 Obluctantur aquis, aduersaq; flumina rumpunt  
 Multi equites, fleximis contorta rapacibus undis  
 Armaq; cornipedesq; vorat, quibus ira popercit  
 Hostis, equi volvuntur aquis, fortissima passim  
 Corpora tempestas rapit improuisa natau.  
 Hec ubi prospexit Sempronius, azmina magno  
 Respectans clamore uocat, reuocatq; ruentes  
 A fluvio turmas, suō medīosq; per hostes

# Laurentalia. 59

Impete rumpit iter, veluti per nubila fulmen.  
Insequitur generosa phalanx, exercitus omnis  
Hostibus aeronitis dextra, leuaq; fugatis  
Nocte petis Consul Troiano structa Placento  
Moenia, Romuleis Vrbem munitq; Colonis,  
Quos nuper Longus Tyberina duxit ab urbe  
Attilius pulcrè Romanus, q; incola Parme  
Cassius, unde genus Longi duxere nepotes  
Inchyta qui Parme decorarunt moenia ciues  
Sanguine Romuleo clari, palmisque trophais  
Ingenio, q; fama cel. bres, ut Cassius olim  
Parmensis Vates Thusca feruentior amne.  
Heroum quie gesta, tulit quos Cassia Longa  
Progenies, celebrare quest, fascesque, decusque,  
Vnde genus duxere patres, quos Adria, Ateste,  
Ac Reginam maris tulit, urbsq; Anthenoris ingens,  
Quis Semproniadum valeat decora alia, tropha  
Moenia causare suba, fidibusque Latinis?  
Talia narrarem, sum dicere plura parantem  
Gesta virum Musam reliqua monuere sorores,  
Ut finem facaret, sineret requiescere sessum,  
Meque laborantem, non hac sibi carmina tempus  
Poscere, sed lacrymas, suspiria, voce, precesque.  
His dictis patrij personae cacumina Pindū.  
Octo lustra quater post secla quaterna fluebant  
Virginis à partu, Tauri signoque relicta  
Prima subentrarat Geminorum sydera Phœbus,  
Extuleratque caput solita splendentior axe,  
Iunoniq; sacri mensis fulgere calende,  
Quando laborantem morbo me sauvor estus  
Corripuit, peregrina tulit mihi flamma calorem  
Insolitum, celeres iterant incendia pulsus,  
Fernor anhelantes fancee exasperat artus.

C 5 Exce-

# 60 Soteria

Excoquit atra lues . Nessi vitiata crux;  
 Haud secus Alcide fertur populara medullas  
 Vestis , & Enceladi latus ardens Etna perurit,  
 Vrget anhela sitis generant fastidia , edendi  
 Est cui nullus amor,vomitumq; alimēta, dapesq;  
 Instabat,fatumque mihi, iam terna supremum .  
 Parca minabatur, librauerat Atropos artus.  
 Fatalis sectura colum; potuitque videri  
 Ast non esse ferox . Nam Dini dicta secutus  
 Ambrosij suadentis opem depositare diuum,  
 Hosque precatores adhibere salutis; ut orent  
 Cælicolum Regem , nos morbo ut liberet agros.  
 Id Musa suadente mihi prope fata tuenti  
 Supplicibus Longam palmis, ac corde rogaui  
 Ut mihi ferret opem, qualem dum viueret egris  
 Insanabilibus pia mater ferre solebat .  
 Ut me languentem aspiceret, quem tabida febris  
 Vexabat prohibens ullam sperare salutem.  
 Annuit illa meis votis, precibusque, labores  
 Et miserata meos subito stetit ante Tonantem  
 Cuius ab aspectu , vulnusque beatur ameno ,  
 Orauitq; Deum Longo ut mihi lengius esset  
 In terris eorum, quo deseruire Tonanti  
 Longius & lachrymis valeam comissa piare,  
 Atq; Dei causa quoscunque subire labores ,  
 Annuit omnipotens summi regnator Olympi  
 Virtutemq; poli demittit ab axe, Saluti  
 Cui nomen sacriq; manet custodia templi  
 Quod Veneta nuper construxit in urbe Senatus  
 Diuina templis Triadis, Gregoriq; propinquum  
 Virtutum Regina salus,cui viuidus oris  
 Perpetuisque vigor, magno indefessa labore  
 Inuigilat mundique bozo,rerumq; quieti

Semina

# Laurentalia. 61

Semina concordi pugnantia federe iungit  
Corpora tutatur, morbosque expellit, & arces  
Ut nostros demissa polo peruenit ad edes,  
Insolita mastos hilarauit voce penates,  
Inde salutiferis spargens mihi roribus artus  
Latitia impleuit mira dulcedine pectus;  
Depulit & subito populantes membra furenter  
Mortiferi vires hostis, lathaliaque arma,  
Indomitam febrem, morbumque fugauit ab agris  
Artibus, excessit toto de corpore languor,  
Cognatum rediit membrisque ad pristina robur  
Munera decessit purgato è pectore bilis.  
Protinus in tenues labes dissoluuntur auras,  
Vis animique reddit, discedit pallor ab ore.  
Sic clara exoriens calum Sol luce serenat.  
Sic pater Oceanus ventis agitantibus undas,  
Austrum dum Boreas oppugnans pralia miscet,  
Atq; Eurus Zephyrum, magno mare fluunt astu,  
Exerit ille caput, ponunt fera flamina venti,  
Æolios repetuntque specus, tetrasque cauernas,  
Tranquillus ridet pacato murmure pontus,  
Proripio è stratis corpus Virtute iubente,  
Hacque ferens aliam sanus me confero ad edem  
Vicinam templo, gelidum que conspicit Axem,  
Affulsi mibi Diua Salus, vultuque sereno  
Hos blando dedit ore sonos; age Longe perennes  
Laurenzi Longa grates, que Diua supernis.  
Sedibus hic mittit me, languida membra vigori  
Ut tua restituam, iubeamque valere, libenter  
Quod facio, mandante Deo, diuaque patrona,  
Qua tibi propitium numen pia reddit Olympi,  
Noueris utque tibi Longa exorante salutem  
Esse diam, perpende modum, tempusque, diemq;  
Quo

Quo morbus languente tuo de corpore cessit .  
 Laurigere que Dea cessit Libitina triumphis ?  
 Nempe die , quo sacra inter mysteria Christus  
 Numinis eterni proles , quum degeret inter  
 Mortales , hominem legitur iussisse iacentem ,  
 Et neros toto resolutum corpore sanum  
 Surgere , ferre suum stratum , mox ponere gressus .  
 Ille suam surgens cum strato tendit ad eadem .  
 Tlāc cum verba olim Laureti Longa legentem  
 Audiret superum Regem , dum sacra litaret ,  
 Ut pia fama refert , magna genitricis ad aram ,  
 Picenis Laureta dedit cui nomen in oris ,  
 Protinus exiliū simili qua nempe iacebat  
 Afflictæa diu morbo , viresque recepit ,  
 Et sanata Deo grates , castaque parenti  
 Reddidit , intacta Christum qua gesit in alio ,  
 illa Deo post hac semper simulata beatam  
 In terris vitam duxit , pietatis & omnes  
 Impleuit partes , opem pia mater egenis ,  
 Egrotisque tulit , Xenodochia struxit & adas ,  
 Virginibusque sacris canobia , templæ dicauit  
 Reginæ superam Solyma de nomine dicta ,  
 Diues opum sibi parca fuit , sed prodiga egensi ,  
 Religione Deo donec se , & cuncta sacravit ,  
 Nota Deo prudens semper benefacta regebat ,  
 Diffamulansque premebat humi se sponge iacentes ,  
 Attamen usque sua lucens virtute micabat ,  
 At tollensque facem dextra vibrante coruscam  
 In tenebris mersas vitiorum lampade mentes  
 Lustrabat , rectique vias monstrabat , & equi ,  
 Oblatumque sibi superis referebat honorem .  
 Talia dñm Venetis Heros praftabat in oris ,  
 Iusbrumque plagis , ( cuius tu signa secutus

(Es)

# Laurentalia. 63

Es deus Aemilia gentis, Venetique Senatus,  
Prodigijs paribusque nitens diuinitus aucto  
Pane famem catus mirè saturauit cogeni,  
Corporibus pepnitque luem, morbosque medella  
Exfortes, agrisque diu famulatus Olympo  
Innumeratos conuertit, humi qui fixa tenebant  
Lumina, venalesque lups in sacra coegit  
Claustra, pudicitia vota seruire Tonanti,  
Qualia Parthenope Laurentia scorta pianuit.  
Entheus, atque animo superas abreptus in oras  
Longæ senescentes ieunia duxit in annos,  
Tu quicque Laurenti diu cognominis, alnum  
Cuius babes nomen, mores imitare beatos,  
Namque salutiferi roris virtute solutus,  
Febris ab ardore, ut laurus longaua, repulsa  
Sideris astini rabie siccante viresces.  
Hac vobis dicta dedit, letum me diuina reliquit,  
Incolumentque Salus, tenuesque recessit in auras,  
Nomine dicta suo, vicinaque templa renisset.  
Experior vires surgens, exerceo membra,  
Quæ morbi pressit violentis viribus ardor.  
Iam non collapso subsistit corpore Virtus;  
Non fracto languet doiectus robore sensus,  
Integer ait primis reparatis viribus adstas,  
Tuta manet Virtus, sibi quam Natura resipit  
Munero Longa tuo, tibi par est reddere grates  
Diua pares, sed habere quidē, non reddere possū.  
Quicquid ero posthac, quicquid mea cura laborū,  
Aut operum tentabit, erit, Laurentia, manus  
Diua tuum, nostris longum celebrabere Musis.  
Te sine nulla meis accedet gloria captis;  
Semper bonos, nomenque tuum, laudesq; decusq;  
Semper amor, culusq; cui mihi corde manebunt.

Dum

Dum mihi nomen erit, quod tu Laurentia diuum  
 Sideris immista choris, semperque virenti  
 Lauro cincta refers; & amoris in igne beati  
 Vt diuus Laurens flammis celestibus intus,  
 Plena Deo flagras, fuerit dum vita superstes,  
 Quam mihi cesa laurus seruasti a fulmine mortis  
 Presidium sic, diua mihi Laurentia, captis  
 Semper adesto meis nobis placabile numen  
 Concilia, a cunctis, ac me tutare periclis.  
 Atque mihi vires, ut sicut amabile nomen  
 Diua tuum refero, sanctis sic moribus aquem,  
 Et pietate patri tua per vestigia curram.



ILLV.



ILLVSTRISS<sup>MO</sup>,

Et Amplissimo Domino

*JOSEPHO LONGO*

Anelli F. Marchioni S. Iuliani.

*Laurentius Longus S.P.D.*

NVS ex decem leprosis  
ab humanæ salutis repa-  
ratore sanatis ad gratias  
eidem reddendas, & ad  
ferendum Deo glorię tributum redijt,  
a quo idcirco meruit commendari,  
cateri verò ingrati animi vitio, peiore  
lepra laborates, accepto beneficio in-  
digni, reprehensione digni fuerunt.  
Quid enim reprehensione dignius  
est

est quam ingratitude animorum pestis, beneficiorum perditio, meritorum abolitio: & quæ velut ventus vrens exsiccat sibi diuinæ benignitatis, at largitatis fontem, misericordiæ rorem, cælestis gratiæ fluenta, hominesq; humanitate exuens feris peiores reddit. Nam & feræ beneficia agnoscunt, à beneficis manibus impone trahantur, & gratias quoquo modo possunt, blandiendo, gestiendo, tutando, adhærendo reddire; sic Leo beato viro Gerasino Abbatij ob spinam sibi è pede evulsam & viuo viuens, & mortuo moriens adhærere voluit, cum enim ab eius cænobio recedere nonquam noluisset, eodem mortuo magno rugitu doloris signo edito ipsius sepulcro incumbens expirauit. Aliæ etiam feræ olim in theatris obiectos sibi benefactores agnouerunt, iisque magna cum spectatorum admiratione, ac gaudio ignouerunt. Scilicet natura ipsa virtutis magistra pro acceptis beneficijs gratias rependere do-

docet. Maximum autem inter cætera beneficia est corporis sanitas redditæ, vel conseruata. Hanc ego cum à grauissimo morbo mirabiliter liberatus diuæ Mariæ Laurentiæ Longæ Capuccinarum Virginum institutricis intercessione consecutus fuerim, Eucharisticum carmen, quod Soteria, hoc est manus pro salute appello, pro gratiarum actione composui; eiusdem imaginem, sive iconem pingendam, & excludendam curavi. Ipsius vitæ virtutibns, & miraculis insignem, quam ipse à multis, ac grauissimis scriptoribus præsertim ex Patrum Capuccinorum, ac Theatinorum annalibus, ac monumentis fideliter latino-idiomate descripsoram Federico Maripetro Patritio Veneto roganti, ut eam Italicæ linguae redderet, ac typis impressam publici iuris faceret, tradi. Ioanni Anxianensi Sacerdoti Theologo, ac Iuris utriusque perito, viro ex Somaschensi Religione integerrimo, ac sapientissimo beneficia Diuæ Mariæ

riæ Laurentiæ Longæ inuocatione re-lata referens author sui , vt eiusdem vitam virtutes, ac miracula fusiis de-scriberet , & Theologicis rationibus expenderet, quod quidem ille egregiè præsttit , ac libenter , quippe qui no-nit sanctum esse pro sancta laborare . Aequum autem est me pro illa lenem hunc laborem assumere, quæ me graui morbo laborantem liberauit .

Anno superiore supra millesimum sexcentesimo , ac quadragesimo xvij. kal. Iunias, die Festo Ascensionis Chri-sti cum ex alto Templi D. Mariæ Salu-taris fastigio spectaculæ supplicatio-nem , ac processionem Veneti Princi-pis , ac Senatus , & cæremoniam in Maris desponsatione quotannis fieri solitam præferuidi illius diei æstu su-perato ardentis febris maiore æstu correptus decubui , & crescente in dies morbo afflictus, viribus penitus desti-tutus vehemēter ægrotabam, nec sumpta pharmaca , nec venæ sectio, neque cibi , & potus abstinentia vim morbi quo-

quotidie crescentis superabant. Coriacem hyppoperam ad leniendum nimium calorem , quo excoquebar , capiti meo substraui , quasi in patriam brevi iter facturus essem , nempe de incolatu terrestris domicilij,hoc est de hac mortali vita ad cælestem patriam , quam utinam Deus mihi concedat , migraturus necessaria ad calcandam semel viam lethi parabam ; vel tunc Ezechiae canticum animo voluens:Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi , quæsiu*r* residuum annorū meorum , & non inueni , precisa est velut à texente vita mea , dum adhuc ordiret succidit me. Vel succidendo vitæ meæ stamini forcipem Parca nulli parces admouisse mihi videbatur , dumq; inter Sacrum , & saxum versarer , illuxit mihi tandem felici Sole sexta post Pentecostem dies , mœrorisq; nubila cœlesti luce discussit ; nam cum D.Ambrosij verba illa fortè legerem , quibus , vnuſquisq; inquit æger , precatores petendæ salutis debet adhibere , disce , qui æger es , impetrare , adhibe precatores . Ea op-

portunè, & quasi mihi dicta reputavi.  
 Eiusq; salutare consilium secutus Di-  
 uam cognominem meam, Mariam  
 Laurentiam Longam Virginum Ca-  
 puccinarum institutricem sanctitate,  
 ac miraculis illustrem suppliciter exo-  
 raui, vt ipsa eadem hora me à morbo  
 liberaret. Illico voti compos factus  
 cœlestis, vt puto, gaudij dulcedinem  
 impetratæ salutis arrham toto pecto-  
 re, animoque hausi. Exultauit spiritus  
 meus in Diua fakutari mea, eique gra-  
 tias, quam potui maximas egi; Hinc  
 paralyticum Christo Domino sana-  
 tum imitatus surrexi, stratumque, in-  
 quo diu ægrotaueram in remotius cu-  
 biculum, æstati commodius transtuli,  
 ibique de recepta salute corior factus  
 Religiosis patribus sodalib. meis Au-  
 gustino Antonello Collegij præposito,  
 Julio Molino Veneto Ioanni Anxia-  
 nensi Theologo, ac J.C. & Excellentis-  
 simis Medicis Petro Hordano, ae Io-  
 sepho Benzonio, quibus plurimum  
 debeo, & paulo post Sapientissimis  
 Theo-

Theologis Francisco Lazarono, &  
 Georgio Polacho Eminentissimi Pa-  
 triarchæ Veneti Federici Cornelij Vi-  
 carijs me perhumaniter inuisentibus  
 rem nouam hanc, & mirabilem narra-  
 ui. Eadé die, & hora à morbo libera-  
 tus sum, qua Euangelium Paralytici à  
 Domino sanati Historia in sacra Li-  
 turgia legebatur, quod cum olim Ma-  
 ria Laurentia Longa in Lauretana èdè  
 ab ignoto Sacerdote, quem Christum  
 ipsum fuisse piè creditum est, audiret,  
 ad illa verba antea paralytico dicta.  
 Surge, tolle lectura tuum, &c. Repen-  
 te à Paralysi liberata, ac sana surrexit,  
 gratijsq; actis, & amplissimis donarijs  
 Sanctæ ædi relictis ad Hospitiū rediit.  
 Quæ cum ita sint de his te potissimum  
 admonere volui. Diuæ enim gentilis-  
 tuæ, cuius meritis salutem acceptam  
 refiero, encomia ad Illustrissimæ fami-  
 liæ tuæ decus spectantia plurimum læ-  
 titiae tibi merito allatura censui. Sote-  
 ria Laurentalia cum eiusdem D. Ma-  
 riæ Laurentiæ Longæ Icone Æneis ty-

pis edita ad te mitto , vt perpetuum  
hoc habeas summiæ erga te beneuo-  
lentiæ, atque obseruantiaæ meæ pignus,  
ac monumentum . Vale, ac Salue.

Venetijs , Octauo Idus Octobris .

## T Y P O G R A P H V S

Candido Lectori.

**D**. Mariae Laurentiæ Longæ Abbatis-  
sæ Fundatricis Capuccinarum , &  
Hospitalis incurabilium domus Heroicas  
Virtutes , ac mirabilia gesta lege , si pla-  
cet, apud F. Zacchariam Bouerium in An-  
nalibus Capuccinorum , Tomo I. ad an-  
num M, D, XXXII. & F. Matthiam  
Bellintanum in Historia Capuccinorum ,  
Antonium Carracciolum in Vita Pauli  
III. qui vna cum Ioanne Baptista Ca-  
taldo , & Musco eamdem Mariam Lau-  
rentiam Longam , quemadmodum &  
Paulus III. Farnesius Pontifex Maxi-  
mus in Bulla Apostolica , appellant. Vi-  
de Tursellinum in Historia Lauretana .  
Abr. Ezouium. Dengenium. Io. Bap. Epis.  
Acerrarum , F. Maripetrum , & alios .

Laus Deo .



*Præc. Vochies in*  
**D. MARIE LAURENTIÆ LONGÆ CAPUCCI  
NARVM FUNDATRICI LAURENTII LONGI  
S. S. SOTERIA LAURENTIALIA. AN. SALINICO.**

